A
ALESSANDRINA

Cb 105
C.b.105
a i 18

UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA ALESSANDRINA
C
b
105
ROMA

Digitized by Google

C-6-105

# DE CANONICAE
## Scripturæ, & Catholicæ Eccleſiæ authoritate, ad Henricum Bul lingerum.

IOANNIS COCHLAEI LIBELLVS.

ALESANDRINA

Anno Domini M. D. XLIIII.

C-6-105

# INDEX.

De authoritate verbi Dei, traditi a Patrib. & ſcripti a Prophetis, & ab Apoſtolis. Cap. I.
De authoritate ſcripturæ ſacræ veteris Teſtamenti. Cap. II.
De authoritate ſcripturarum noui Teſtamenti. Cap. III.
De authoritate Eccleſiæ circa ſcripturas. Cap. IIII.
De Eccleſiæ Authoritate citra ſcripturas. Cap. V.
De vero Dei cultu interno, & externo. Cap. VI.
De ſacramentis Eccleſiæ in lege noua. Cap. VII.
De legibus politicis. Cap. VIII.
De traditionibus Eccleſiaſticis. Cap. IX.
De conſtitutionibus humanis. Cap. X.
De authoritate generalium Conciliorum. Cap. XI.
De Romanorum Pontificum decretis, & conſtitutionibus. Cap. XII.

FINIS.

# PROLOGVS AVTORIS.

HISCE dieb⁹, quãdo ad tranſmigrationẽ, & iter longinquũ intẽtus iã meus erat animus, ĩcidi ĩ duos lib. tuos, Hẽrici Bullinger, ad Illuſtriſſ. Anglorũ Regẽ ſcriptos, & æditos Anno M. D. X X X V I I I. Tiguri, quos ego, etſi aliis curis occupatus, auide perlegi, quũ eſſent & elegantibus typis Chalcographi excuſſi, & ſtylo ſatis venuſto elucubrati, teq; multa legiſſe, ac ingenio haud rudi præditum eſſe indicarẽt. Verum tale eſt vtriuſq; libri argumentum, vt nulli vere Chriſtiano, & Catholicæ Eccleſiæ filio per omnia placere queat.

Quod ſi ſolos reprehẽderes abuſus, qui Prælatorum negligentia vergente in ſenium mundo irrepſerunt, vitamq; dumtaxat ſcandalo- Abuſus.

ſam & prauos mores plurimorum ex Clero, qui ſuo in Eccleſia nō recte funguntur officio, palam arguc res, aut quantumuis acriter inſecta reris, tacerem, licet tibi iudicium hoc non competere, exploratū haberem. Quoniā vero præcipua totius religionis noſtræ capita( quibus labefactatis, aut ſubuerſis cunctarum periclitaretur ſalus animarū)impetis hoſtiliterꝗ oppugnas, non licet mihi, ſtimulante ad debitum officium conſciētia, ad omnia tacere, aut deſidioſe diſſimulare. Quamuis ignorem quæ tua ſit conditio, q ſtatus, quæ functio. Quod æquanimiter feras, rogo, nec mireris, quū tam longa ſit inter nos locorum diſtātia, nempe a Tigurina vrbe Vratiſlauia vſꝗ, nec de te quiſpiam ad me ſcripſit vnq̄, aut certi aliquid retulit, neꝗ nomen tuū reperi commemoratum in aliorum ſcriptis, q̄ viderim, neꝗ in diſputa

tionibus publice habitis apud Helvetios, Badenſi, ac Bernenſi quantum meminiſſe queo.

Scribo itaq; ignotus ad ignotũ, nullius in te odii aut inuidiæ mihi cõſcius, nec vllã aduerſus te cauſam priuatim habẽs. Tm̃ de veritate fidei, & publica religionis Chriſtianæ cã ſolicitus, ꝙ video te multæ lectiõis, & acris ĩgenii virũ, graui zelo Ro. inſenſum Eccl'iæ, & oĩbus qcũ ea ſentiũt aduerſari, & cunctis ab illa diſceſſionẽ faciẽtibus cõgratulari. Hoc aũt q̃ nouũ ſit apud Catholicos, & a doctrina ſanctorũ Patrũ alienũ, te ignorare nõ puto. Quẽ.n. dabis mihi ex oĩbus oĩum retro ſæculorũ Doct. vere chriſtianis, & catholicis, qui talẽ a Ro. Ecclesia diſceſſionem ſuaſerit, aut approbauerit vnq̃? Hic breuiter vnũ tibi obiicio Lutherum, quem tu optimum, ac orthodoxum virũ dicis. Is certe in pleriſq; ſcriptis ſuis

Odiũ inſ'quum contra Ro. Eccleſiam.

publice atteſtatus eſt (quod & in Lipſica diſputatione fecit) Bohemorum diſcidiū nulla poſſe excuſatione defendi, quin ſit impium, & omnibus Chriſti legibus contrarium, eo ꝙ ſit contra charitatem. In qua omnes leges ſummantur.

Quod ſi me patienter audieris, ablegatis pauliſper (dū mea legeris) ſiniſtris odii affectibus, ſpero te deinceps æquiori, ac tractabiliori in Ro. Eccleſiam animo futurum eſſe minusq; deſideraturum, vt ab ea ſeparationem faciamus. Qui autem non ſit mihi modo iuſtum ab occupationibus, & curis ociū, aut vacatio, non intēdo ad omnia tua ſigillatim reſpondere, ſed ad præcipua duntaxat rerum diſputabilium capita, quæ grauioris ſunt ponderis, & momenti, tu lege, præcor, cum iudicio, liber ab affectibus iniquis, vt ſola præualeat inter nos veritas.

# DE AVTHORITATE verbi Dei, traditi a Patribus, & ſcripti a Prophetis, & ab Apoſtolis.

## CAPVT I.

HAEC de verbo Dei q̃ſtio tua curioſa potius, q̃ neceſſaria videt̃. Neque enim Papa, neq; Catholicorũ quiſpiã verbo Dei ſiue ſcripto, ſiue tradito arrogat, authoritatemûe eius labefactã cupit. Nõ leuis vero inter nos, & vos contentio eſt, an omnia ſint in ſacra ſcriptura expreſſa, quæ credere, ac tenere debemus. Si omnia ſunt ſcripta, vt contenditis, quid ſibi vult titulus tuus de verbo Dei tradito a patribus? Nos cũ Origene, & Auguſtino credimus, multa nobis ab Apoſtolis tradita eſſe quæ nõ ſunt in ſcripturis expreſſa. Proinde querimur talia inique a vobis reiici & aboleri,

Non omnia sũt ſcripta.

quum viua illorum traditio non minus a Spirituſancto ſit, q̃ eſt eorum ſcriptura, quam poſt ſe nobis reliquerũt. Itaq; pſæpe obiecimus
2. Theſſ. 2. vobis illud Apoſtoli. State frẽs, & tenete traditiões, quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ, ſiue p epiſtolã noſtram. Quid ad hoc reſpondiſtis?

Si ergo recte pro verbo Dei habentur traditiones Patrum, quæ legem Moyſi p̃ceſſerunt, vt dicis, cur nõ habeant pari ratione p verbo Dei traditiones Apoſtolorũ quæ vel p̃ceſſerunt Euãgelium ſcriptũ, vel in Euãgelio ſcripto nõ ſunt expreſſæ? Certe multa tradiderũt primis Chriſtianis Apoſtoli anteq̃ vllum eſſet ſcriptum Euãgeliũ. Quando quidẽ vltra. LX. annos fuerunt Chriſtiani poſt Aſcenſionem Dñi anteq̃ ſuũ ſcripſit euangeliũ Ioannes. Quis vero credat omnia eſſe ſcripta, quæ præcipui duo Apoſtoli Petrus, & Paulus, annis. xxxvi.

poſt domini paſſionem Iudæis, ac Gentibus ad Chriſtum conuerſis, per tot prouincias Ro. Imperii, & diuerſa terrarum loca, tradiderũt? Vnam habemus Petri Epiſtolam, quã ſcripſit electis, & aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ. Nũquid vnum dũtaxat ſermonem viua voce habuit Petrus ad tot gẽtes & populos, qbus Chriſtum prædicauit? Certe non ſedit mutus, aut. vii. annis Antiochiæ, aut. xxv. Romæ in Cathedra. Qua aũt fronte dicas ea omnia, quæ dixit, in vna aut altera eius epiſtola cõprehendi? Neq; de Paulo id recte dixeris, qui ab Hieruſalem per circuitũ vſq; ad Illyricum repleuit Euangelium Chriſti, non ab ipſo ſcriptũ, ſed viua voce traditum, ſicut ait ad Corinthios. Cætera cum venero diſponãm.

Ro. 15.

1. Cor. 11.

Quando igiť mox in primo prioris libri tui capite quereris, nunc

oppugnari, capi, & indigniſſime
A quibus idigne tra-ctatur verbum Dei. tractari verbum Dei, hanc tuã que
relam, quam in Papam, & Epiſco-
pos inuidioſe torques, nos rectius
in vos nouarũ ſectarum propugna
tores retorquere poſſumus. Quia
& verbum Dei, quod ab Apoſtolis
Eccleſia traditionibus non ſcriptis
accepit, reiicitis, & verbũ Dei ſcri
ptum aliter docetis, q̃ tot retro ſæ
culis docuerunt patres noſtri, ſan-
cti Dei homines. Quare vos meri
to reprehendit verbum Apoſtoli,
Gal. 1. dicentis ad Galatas. Si quis vobis
euangelizauerit præter id quod ac
Ro. 16. cepiſtis, anathema ſit. Item ad Ro
manos. Rogo autem vos fratres,
vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones
& offendicula, præter doctrinam
quam vos didiciſtis, faciunt, & de
clinate ab illis. Hæc tibi recito do
lenter, o Bullinger, quia mallem te
tuiq; ſimiles ingenio, & eruditione
rectius vti, in tractatiõe verbi Dei,

ad reſtaurandam potius Eccleſiæ vnitatem, q̃ ad ſeditioſam a Papa, & Ro. Eccleſia diſceſſionem latius ampliandam.

Velim vos metuere illud quoq; eiuſdem Apoſtoli. Vtinã & abſcindantur qui vos cõturbant. Si quæritis in quo nos conturbetis, dico in q̃ plurimis ſane, de quibus aliter docetis, q̃ docuerunt Patres noſtri. Si neges, peto, vt dicas, quiſnam ſanctorum Patrum ita maledixerit Papæ, ita ſuaſerit a Ro. Eccleſia diſceſſionem, ita mutauerit vſum ſacramentorum, ita aboleuerit cõſuetas Eccleſiæ cerimonias, Quadrageſimæ obſeruationẽ, Apoſtolorum, ac Martyrum Chriſti feſta, & inuocationem, atq; id genus innumera alia, ſicut vos iam vltra xx. annos audaciſſime (ne qd grauius dicam) feciſtis, & adhuc facitis, atque ita populum Dei ex vno Chriſti ouili in diuerſa ſectarũ ag-

Gal. 5. A quib. cõturbantur fideles.

mina diſpergiſtis, contra manife-ſtum Chriſti mandatum euangeli-
Math.23. cum. Non vocemini, inquit, magi-
Ioan.10. ſtri, quia magiſter veſter vnus eſt
&.17. Chriſtus. Item, Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Et rurſus. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti, mihi, vt ſint vnū ſicut & nos. Quapropter nō iniqua eſt piorum aduerſum vos querela, cuius tute mentionem facis, nempe ſcindere vos incōſutilem Chriſti tunicam, Petri cathedram inhonorare, & quãtum in vobis eſt ſubuertere, Ecclesiæ ſponſæ Chriſti authoritatē, & gloriã polluere, lacerare, ac pedibus calcare, deniq; ſepultas hæreſes ex iferis excitare. Hæc omnia clarius ex ſubſequentibus patebūt.

## De authoritate ſcripturæ ſacræ veteris Teſtamenti.

## CAPVT II.

DIcis ſcripturam non indigere approbatione Eccleſiæ, & ad dis grandem eſſe impietatem, & ſuperbiam plane luciferianicam, ſic ſentire, quod eccleſiæ approbatione egeat ſcriptura. Quãq̃ poſtea fateris in ſubſequenti capite, fuiſſe de libris canonicis iudiciũ apud veteres, addis tamen, illud iudicium nõ ex ſeipſo natum, ſed ex ipſis formatum eſſe ſcripturis. Sed dic mihi quæſo, ex quibuſnã ſcripturis formatum fuerit illud iudicium. Quæ enim ſcriptura præcipit, tantum xxii. libros habẽdos eẽ canonicos? Aut qua ex ſcriptura probabis, librum Heſter potius, q̃ librũ Iudith aut Tobiæ, inter canonicos libros receptũ, aut recipiẽdum eſſe? Qua item ex ſcriptura probabis mihi, Moyſen, qꝙ ſcripſiſſe libros, quos græce Pentateuchon vocamus? Cuius p̃terea ſcripturæ authoritate cõuinces librũ Ioſue, aut Iudicũ

Iudiciũ Eccleſiæ de libris canonicis.

authenticum potius eſſe, q̄ librum ſapientiæ? Aut libros Regum potius, q̄ libros Machabæorum canonicos haberi? Aut cur duo libri apud nos, & vnus apud Iudæos Paralipomenon Agiographus, liber autem, qui Eccleſiaſticus dicitur, apocryphus dici debeat? Hæc & id genus multa non ex ſcripturis ſed ex Eccleſiæ authoritate habemus, ſi Hieronymi in Galeato primcipio ſentētiam ſequamur, qui Hebræorum canonem approbat.

Libri canonici Vete. Teſta.

Mihi autem magis arridet Auguſtini de doctrina Chriſt. lib. ii. c. viii. ſententia, qui non ſecundū Iudæos, ſed ſecundum Chriſtianos enumerat ſacræ ſcripturæ libros canonicos veteris Teſtamenti, nō xxii. tantum, ſicut Ioſephum Iudæum ſecutus facit Hieronymus, ſed xxiiii. libros ſecutus in hoc iudicium, & authoritatem Carthaginenſis Concilii Tertii. Quid ad hæc

dices, o Bullinger? Nũquid recte, honeſte, aut pie poteris Auguſtino & Concilio Carthaginenſi, Lucife ri ſuperbiam, & impietatem impu tare, ꝙ inter Canonicæ ſcripturæ vet. Teſt. libros recẽſent, & appro bant non. xxii. dumtaxat libros (ſi- cut tu facis Iudæorum cõprobans canonem, & ſententiã) ſed. xxiiii. Quos per totum orbem terrarum legunt, ac recipiũt Eccleſiæ Catho licæ? Quamuis vero Conciliis con tumnaciter, atq; ſuperbe contradi cas, durumque teipſum conſtituas cẽſorem, & iudicem, Auguſtino ta men, vt aliquem deferas honorem ipſa poſcit æquitas, Quando qui- dem tu ipſe hoc in loco libri tui permulta ex ſcriptis eius recitas, ac petis, vt eum audiamus velut in ter Chriſtianiſſimos Antiſtites ma ximi nominis. Q. igitur Eccleſiæ iudicio, & approbationi, atq; rece ptioni non nihil tribuendum ſit,

Cõcil. Car thag. c. 47.

çirca ſcripturarum, an canonicæ ſint habēdæ, nec ne authoritatem, ex iam dictis patet.

Regu. Auguſ. de ſcripturis Canonicis.

Quibus & ea adiiciam, quæ idē Auguſtinus in eodem libro, & capitulo præmittit. In canonicis, inquit, ſcripturis, Eccleſiarum catholicarum q̄plurium authoritatem ſequatur, inter quas ſane illæ ſunt, quæ Apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis catholicis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures grauioresq̧ accipiunt, eis quas pauciores minorisq̧ authoritates Eccleſiæ tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, quanq̄ hoc inuenire non poſſit, æqualis tamen authoritatis habendas

das puto. Hæc ibi Augu. Quibus certe nequaq̃ contraria ſunt, quæ a te hic ex aliis eiuſdem Doctoris & Epiſcopi, maxime orthodoxi, libris recitantur. Neq; contra nos catholicos, & antiquæ fidei aſſertores faciunt quicq̃, ſed magis cõtra nouas huius tẽporis ſectas, & contra quoſlibet hæreticos, qui temere vſurpant ſibi authoritatem iudicãdi de pleriſq; ſacræ ſcripturæ libris, quos tot ſæculis pro canonicis tota habuit (ſi Auguſtino, & Cõciliis antiquis credimus, vt debemus) Eccleſia Chriſti.

Sic enim ait in libro de præſcriptionibus hæreticorũ vetuſtus autor Tertullianus Apher. Scripturas obtendunt hæretici, & hac ſua audacia ſtatim quoſdam mouent. In ipſo vero congreſſu firmos quidem fatigãt, infirmos capiunt, medios cũ ſcrupulo dimittunt. Hunc igitur potiſſimum gradum obſtrui

Nõ diſputãdum cũ hæreticis de ſcripturis.

mus,non admittendo eos ad vllã de ſcripturis diſputationem. Quoniam nihil proficit congreſſio ſcripturarum, niſi plane, vt aut ſtomachi quis ineat verſionem, aut cerebri. Iſta hæreſis non recipit quaſdã ſcripturas, Et ſi quas recipit, adiectionibus, & detractionibus ad diſpoſitioné inſtituti ſui interuertit. Etſi recipit, nõ recipit integras. Et ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata cõuertit. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quãtũ & corruptor ſtylus. Hæc Tert.

Iudicium Lutheri de Moyſe.

Quid autem reſpondebis nobis hic de Luthero, præcipuo nouarũ ſectarum autoré, in quo tu ſpiritũ Heliæ a domino excitatum falſo affirmas. Is autem Moyſen, primũ & præcipuum, ac maximum Vete. Teſt. autorem in pleriſq; ſcriptis ſuis, præſertim vero in ſermone quodam de Moſe, & lege (qué poſt ſe-

ditioſorū agricolarum cladē euulgauit) Chriſtianis prſus interdixit. Hæc.n. ſunt eius verba. Suermeris, inqt, legē pdicātibus ita obturādū ē os atq; dd'm, Moſes nihil ad nos ptinet, Ego Moſen nō accipio. Nā ſi acciperē eū in vno mādato, oporteret me totū Moſen accipere, Et ſic neceſſariū foret vt circūciderer, veſtes lauarē. Iudaicoq; ritu comederē, ac biberē. Seditioſi ãtpphetæ noſtri dicunt, Verbū Dei eſſe qd' in Moſe legit', Totum qdem verbum Dei eſt, ſed verbū Dei huc, verbum Dei illuc, Oportet me ſcire & cōſiderare, ad quē nam verbū Dei dictum ſit, lōge enim abeſt, vt tu ſis ille populus, ad quem Deus locutus eſt. Seditioſi igit' pphetæ, volentes aliqd noui pferre, dicebant. Oportet vetus quoq; Teſt. obſeruare, atq; ita abduxerūt miſeros colonos in omnem calamitatē, perdentes eis, & vxores, & liberos.

Dece̅ præcepta.

Etenim Exo.xx.ſic ait Deus. Ego ſum dominus deus tuus, qui te ex Aegypto de domo ſeruitutis eduxi. Ex hoc textu clare habemus, ꝙ etiam decem præcepta ad nos no̅ pertinent. No̅ enim nos, ſed ſolos Iudæos ex Aegypto eduxit. Ex tertio quoq; præcepto probari poteſt Moſen ad Gentes, & ad Chriſtianos non pertinere. Paulus enim & nouum teſt. abrogant ſabbatum, vt palpari poſſit, ſolis Iudæis traditu̅ eſſe ſabbatum, quibus id rigidum erat præceptum. Iudæis igitur Moſen tuum prædica. Ego Iudæus no̅ ſum, Noli igiť mihi cum Moſe moleſtus eſſe. Nam ſi Moſen in vno articulo acceptarem (inquit Paulus Gal.v.) debitor fierem vniuerſæ legis obſeruandæ. Nullus igiť apex in Moſe ad nos pertinet. Hæc ibi Lutherus.

Co̅tra quem ſane multo iuſtius expoſtulare, & pro authoritate ve-

Teſt. contendere poteris, velut cō-
tra nouum Manichæi diſcipulū, q̄ contra Papam, & omnes Catholi-
cos, apud quos ſalua eſt veteri quo
que teſtaméto ſua authoritas, quæ
in Eccleſia Catholica ſemper fuit.
Pro qua & aſſerenda docte, ac co-
pioſe ſcripſerunt pleriq; patres an-
tiqui, præſertim vero Tertullianus
in libris Quinq; cōtra Martionem
Pontinum, & Auguſtinus in libris
xxxiii. contra Fauſtum Manichæū.
Nos certe adhuc hodie Moſen cæ
terosq; prophetas, & libros Vete.
Teſt. venerabiliter in Eccleſiis no-
ſtris publice p̄dicamus, legimus,
& cantamus, atq; etiam in ſcriptis
noſtris, velut authéticos citamus.
Quare iniuſta & prorſus inanis eſt
tua in nos ſuper his querela. In di-
cta Lutheri iam ſupra a me bona fi
de recitata inuehere, ſi libet, aut in
Suermos nouos, quos Lutherus
Antinomos vocat. Ipſorum enim

Nouus Manichæi diſcipulus.

Antinomi

De Canonicæ ſcripturæ, non noſtræ ſunt ꝓpoſitiones iſtæ. Lex non eſt digna vt vocetur verbum Dei. Itē, Decalogus pertinet ad prætorium, non ad Eccleſiæ cathedram. Item, Omnes qui cum Moyſe agunt, ad diabolum abire oportet. Itē, Ad furcas cū Moyſe.

Malignitas in Catholicos.

Nos autem firmiter credimus omnia, quæ tu adeo prolixe, tum ex Auguſti. de ſacra ſcriptura, tum de Chriſto in ſeq. cap. commemoras, idq; facis præter omnem neceſſitatem maligne, tanq̄ Papa, & Catholici negent, aut abrogēt (quod ab eis longiſſime profecto abeſt) vel ſcripturis Canonicis, vel ipſi Chriſto authoritatem, & fidem, nos certe nihil dubitamus, vel de ſcripturis canonicis, vel de ipſo Chriſto, neq; pluris facimus, aut præponimus (vt inuidioſe dicis) Eccleſiæ iudicium verbo Dei, ſed rectā ſcripturarum ſanctarum intelligentiā ab Eccleſiæ potius doctoribus, q̄

ab aduerſariis, & hæreticis addiſci mus, & de ſcripturis, quæ nã auten ticæ ſint & diuinitus traditæ, eccle ſiæ potius, q̃ ſynagogæ, & hæreti- corum iudiciũ ſequimur, & appro bamus. Proinde non cõceſſerim ti bi Chriſtum ſemel reiicere omniũ hoium approbationem, vt dicis, vult enim nos hoies in ipſum cre- dere, hoc eſt, fidẽ habere. Creditis in Deum, inquit, & in me credite, qs autẽ credit, niſi qui approbat? Propterea.n. non credunt veteri te ſtamento Manichæi, neq; nouo Iu dæi, ac Turcæ, & Sarraceni, qã nõ approbãt, Chriſtus igitur nequaq̃ reiicit approbationẽ hoium, à qui- bus exigit vtiq; fidẽ, & incredulos dãnat, dicẽs, Qui crediderit, & ba ptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabit. Itẽ, Non creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin propter opera credite. Item ad Iudæos ait.

Approbatio.

Io. 14.

Mar. 16.

Io. 14.

Ioan. 5. Eſt q accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit.

## De authoritate ſcripturarum Noui Teſtamenti.

## CAPVT III.

DE Euangelio quoq;, & aliis noui Teſtamenti ſcripturis ſuperflue contendis, & ſine cauſa verba multiplicas contra nos, qui nihil authoritati ſcripturarũ noui, ſicut nec vete. Teſtamenti detrahimus, ſed dolemus potius, & reprehẽdimus omnes velut hæreticos, & incredulos, quicunq; contra Euangelium, aut contra vllam noui Teſtamenti ſcripturam male blaterant, & nugant. Nos certe non dicimus potiorem, & maiorẽ eſſe Eccleſiæ, q̃ Euangelii, aut Canonicæ cuiuſlibet ſcripturæ authoritatem, ſed tecum vnanimiter credimus, omnẽ

Nõ eſt maior Eccleſiæ, q̃ ſcripturarũ authoritas.

ſcripturam ſacram, ſuam e cœlo & a Spiritu ſancto ( qui vtiq; potior, ac maior eſt, q̃ Eccleſia) habere au thoritatem, certitudinem, & infalli bilem veritatem, & anathema dici mus omnibus qui aliter ſentiunt. Ipſe enim eſt ſpiritus veritatis Apo ſtolis, & Eccleſiæ a Chriſto promiſ ſus ante eius paſſioné, ac poſt aſcé-ſionem manifeſte in linguis igneis datus, vt doceret eos omnem veri taté, a quo & Eccleſia habet, quod ab Apoſtolo Paulo dicitur baſis & columna veritatis. Quia datus eſt ei a Chriſto ſpiritus veritatis, vt cũ ipſo maneat in æternum. 1.Timo.3. Ioan.14.

Verbum itaq; S.Augu. Euange-lio non credere, &c. non ſic intelli-gimus, quod maior debeat eſſe Ec-cleſiæ, q̃ Euangelii authoritas, ſed tecum concedimus libenter, Euan gelium habere authoritatem ab ec cleſia, non velut ab authore, aut iu-dice (qué Chriſtum potius, & Spi

ritu niſanctū eſſe credimus) ſed ve
luti a teſte, & cōmendāte, vt dicis.
Quid autē aliud eſt teſtificari, & cō
mendare, q̃ approbare? Iniuſte igit̄
reprehendis nos propter approba
tionem, qui teſtimonium cōcedis,
& cōmendationem. Niſi enim Ec-
cleſia quatuor, quæ habemus, & fir
miter credimus, Euangelia appro-
baſſet, ac præ aliis, quæ circumfere
bantur, tanq̃ certa, & autētica rece-
piſſet, eisque teſtimonium veritatis
ꝓhibuiſſet, nō sciremus hodie Mar
ci potius, & Lucæ Euāgelium ſuſci
piendum eſſe, q̃ illud, quod Petri,
Thomæ, aut Bartholomæi dicit̄,
Quoniam Apoſtolis, qui Chriſtū
in carne viderunt, atq; audierunt,
nō minus, imo potius credendum
putaremus, q̃ aliis diſcipulis, Quū
autem Eccleſia teſtificetur, & certio
res nos faciat, alia Euangelia, quæ
nō ſunt recepta, non vere ab Apo-
ſtolis ipſis, Petro, Thoma, & Bar-

Quatuor euangelia ab Eccleſia ap̄pbata.

tholomæo, ſed ementitis titulis ab impoſtoribus qbuſpiam ſcripta eſſe, ſicut vere à Marco, & Luca iſta, quæ habemus ſcripta ſunt. Recte, ac merito deferimus Eccleſiæ authoritati, approbationis honorẽ, ſicut facit Auguſt. Ipſa enim excellentius habet ſpiritũ veritatis, q̃ vllus hoium. Nulli enim hominum ſicut eccleſiæ dictum eſt, manere apud eum ſpũm veritatis in æternum. Omnis enim homo mẽdax, Eccleſia vero, quam in fide ſibi deſpondit, & ſponſauit Chriſtus dicitur, & eſt colũna, & firmamentũ veritatis. Nõ habes igit, o Bullinger, contra nos Catholicos, ſed magis contra Lutherũ, & alios nouarũ ſectarum ſiue autores, ſiue ꝓpugnatores, iuſtas aſſerẽdæ euãgelicæ veritatis, atq; authoritatis ſcripturarũ noui Teſt. cauſas. Nos. n. Catholici oẽs noui Teſta. libros pro canonicis, & ſacroſanctis habemus, quos

Eccleſię authoritas.

Pſal. 115.
Oſeæ. 2.
1. Tim. 3.

De Canonicæ ſcripturæ, hactenus tota tenuit Eccleſia, quoſque Concilium Carthaginenſe tertium, &.S.Auguſt.in ſupradicto de Chriſtiana doctrina libro commemorant.

Lutheri de libris noui teſtamenti iudicium.

At Lutherus in ſua in nouum Teſtamentum p̄fatione, & in pleriſq; prologis canonicarum epiſtolarū atq; Apocalypſis audaciſſimum ſeſe ſcripturarū noui Teſtamenti cenſorem, iudicemq; conſtituit, aliiſq; Suermeris ad temeraria de ſcripturis ſanctis iudicia, falſaſq;, & impias cenſuras licentiæ feneſtram aperuit, atq; audendi anſam præbuit. Hæ enim ipſius, non noſtræ ſunt propoſitiones.

Luth.in p̄fatione noui teſtamēti.

I. Ea opinio, quod quatuor tantū ſint Euangelia, totidemq; Euangeliſtæ repudianda eſt.

II. Exterminanda eſt & illa perſuaſio, qua quidam noui teſtamenti libros partiuntur in legales, hiſtoriales, p̄phetales, & ſapiẽtiales.

III. Caue, ne ex Chriſto Moyſen quendam facias; neue ex Euãgelio legum tabulas.
IIII. Neq; enim Euangelium exigit noſtra opera, vt iis iuſticiã, atq; ſalutem conſequamur, immo damnat potius omnes humanas vires, ſolamq; fidem in Chriſtum reqrit.
V. Euangelium non eſt liber quidam legum, ſed tantum commendatio beneficiorũ Chriſti, quæ percipiunt omnes credentes.
VI. Ex his iam perſpicue iudicare poteris de omnibus libris noui teſtamenti, recteq; diſcernere, atq; ſtatuere, qui ſint præſtantiſſimi.
VII. Epiſtolæ Pauli, & Petri, tribus Euãgeliſtis Matthæo, Marco, & Lucæ, quos longe excellũt, præponendæ ſunt, Ioannis autem Euãgelium primo habẽdum eſt loco.
VIII. Epiſtola ad Hebræos durum habet nodum, ꝙ in. vi. & . x. c. ſimplr abdicat, ac denegat pœni- Luth. in p. logis.

tentiam peccatoribus poſt baptiſmum, & in .xii. cap. ait, Eſau quæſiſſe pœnitẽtiam, non tamen inueniſſe, quod eſt contra omnia Euangelia, & contra oēs Epiſtolas Pauli.

IX. Iſta ad Hebræos Epiſtola, nec Pauli eſt, nec vllius Apoſtoli.

X. Epiſtola Iacobi nullius eſt apoſtoli, quia directe contra Paulum, & omnem aliã ſcripturam tribuit operibus iuſtificationem.

XI. In Apocalypſi varia deſidero, ideò eam neq; Apoſtolicã, neq; propheticam exiſtimo.

XII. Ipſa beatos dicit eos, qui ſeruãt ea quæ in ea ſunt ſcripta. Cum tamen nemo ſciat quidnam ſit, tãceo vt ſeruet, atq; tantũdem eſt, ac ſi eam non haberemus.

Hæc, & id genus plura Lutheri, non noſtra, de ſcripturis noui teſtamenti ſunt iudicia.

Iudicium Brũſiſſi de Euang. De quibus audacius adhuc magisq; impie iudicauit poſt eũ Otto

Brunfelſius (quē tibi notiſſimū fuiſſe arbitror) in quodā problemate. Is.n.nullā vult ſcripturam dici ſanctam p̄terq̄ vetus Teſtamētum. Ideo non cenſet inter ſanctas ſcripturas Euāgelium, ſed habet illud pro mera relatiōe Cabaliſtica, qua inuicē alius erudit alium. Atq; huc omnia tendere affirmat, vt Apoſtolos hoīes fuiſſe credamus, & labi potuiſſe, atq; ēt pūgnātia ſcripſiſſe. Quod ſane in pleriſq; adeo euidēs eē dicit, vt cōponi neq; poſſit neq; velit, q̄cquid tandem moliat̄ Aug. Hæc ille. Quæ tu oīa diſſimulas, & interim in Papam, & nos Catholicos, qui longe ſanctius de ſcripturis ſentimus, odioſe ſtylū acuis, & diſtringis. Cum t̄n nihil cōtra nos faciant, quæ tu de verbi dei, & ſanctarū ſcripturarū authoritate, virtute, antiquitate, & excellētia, permulta deinceps cap̄l'a, diffuſe contra perſecutores, & contra P̄hos

commemoras. Proinde nulla nobis ad ea opus reſponſione.

## De authoritate Eccleſiæ circa ſcripturas.

## CAPVT. IIII.

Ioan. 5. Verba Xp̄i

OBiicis nobis illud Chr̄i, Ego vero ab hominibus teſtimonium non accipio. Et mox ita ſubſumis, Eſt autem Eccleſia congregatio hominũ, Inde tacite colligis, Chriſtum non accipere teſtimoniũ ab Eccleſia, quæ hominum cõgregatio eſt. Et tamen tu ipſe poſt pauca interpoſita verba, concedis intellectu, vt ais, ſano, Euangelium habere ab Eccleſia authoritatem, non quidem vt ab autore, aut iudice, ſed veluti a teſte, & a commendante, ſi ergo Euãgelium ab Eccleſia authoritatem habet, velut a teſte, ꝙ ſit vera, & Apoſtolica prædicatio, Nam ita didicit, inquis, accepitque ab ipſis Chriſti Apoſtolis,

Quinimmo tales teſtes, & ipſos Chriſti Apoſtolos fuiſſe affirmas, Quomodo igitur conſtat ſibi hoc argumentum tuum?

Conſultius autem ageres, ſi ſuper huiuſmodi dictis Chriſti antiquos conſuleres Eccleſiæ Doctores priuſq̃ pronunciares. Diligenter inuigilãdum eſt (inquit Chryſoſtomus) ne nudis verbis inſiſtamus, Ita hæretici in errorem incidunt, neq; ſententiam, neq; audiẽtis habitum inquirẽtes. Niſi enim tempora, locos, auditorẽ, & alia huiuſmodi conſideremus, multa ſequẽtur abſurda. Et Auguſtinus. Neq; ſunt natæ (inquit) hæreſes, & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi dum ſcripturæ bonæ intelliguntur nõ bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere, & audacter aſſeritur. Itaq; chariſſimi, val-

Chryſo. In Io. homil. xxxix.

Aug. In Ioan. tract. 18

de cauſe hæc audire debemus, ad quæ capienda paruuli ſumus, & corde pio, & cum tremore, ſicut ſcriptum eſt. Hanc tenentes regulam ſanitatis, vt quod ſecundum fidem, qua imbuti ſumus intelligere valuerimus, tãq̃ de cibo gaudeamus, Quod autem ſecundum ſanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus. Hoc eſt, vt etiam ſi quid ſit neſcimus, bonum tamẽ & verum eſſe minime dubitemus.

Augu. admonitio.

Si hãc vos Aug. admonitionẽ animaduerteretis o Bullinger in ſcripturarũ interpretatione, non eſſent hodie in ſectis veſtris tam multa noua aut male renouata cõtra Eccleſiã, & antiquam fidei regulam dogmata pueriſitatis; ſed cogitaretis, aut diceretis humiliter cũ Aug. ſuſcepimus tractanda diuina nos hoĩes, ſpiritalia carna

les, & æterna mortales, longe ſit a nobis vana p̃ſumptio, ſi volumus ſani in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, colũna, & firmamentum veritatis.

Illud igit̃ verbũ Chriſti, Ego ab hoĩbus teſtimoniũ non accipio, lõge aliter exponunt, atq; intelligunt ſacri Doct. noſtri, q̃ tu facis, Tex. Euãgelii ſic habet, Vos miſiſtis ad Ioãnem, & teſtimoniũ perhibuit veritati, Ego ãt nõ ab hoĩbus teſtimoniũ accipio, ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis. Ad hæc ſic ait D. Cyril. Nõ q̃ſi deiectã Ioannis vocẽ negligit, neq; teſtimoniũ illius tanq̃ inutile repellit, ſed q̃a Iudæorum inobedientiæ ſe opponit, ad maiora neceſſario digniora q; ſcandit. &c.

Expoſitio verborum Chriſti.

Rupertus vero Tuitenſis quõdam Abbas ſic ait in p̃ſona Chriſti. Notate quod dico q̃a teſtimonium ego ab hoĩbus nõ accipio.

Quid enim? Nunquid hoc dico, ꝙ velim claudere ora hominum teſtimonium mihi perhibẽtium? Nũquid ergo aſpernet angelum meum ad hoc miſſum ante faciẽ meam, vt teſtimonio ſuo præparet viam meam? Non eſt ita, ſed diligenter animaduertite quæ dico, Non dico, quia teſtimonium hominis, vel per homines perhibitum non accipio, ſed teſtimonium ab hominibus non accipio. Nam teſtimoniũ bonorum & veracium hominum, nõ ab ipſis hominibus, ſed a Deo eſt, & per homines quidem perhibitum, ſed Dei teſtimoniũ eſt. Quid eſt enim ab hominibus, vel ſecundum homines teſtimonium accipere, niſi laudem, quæ non ex Deo profecta, ſed ex hominibus nata, & cõflata eſt, q̃rere? &c. Reliquorum expoſitiones hic breuitatis gratia omitto. Certum ſane eſt, Chriſtũ

Teſtimonium ab hominibus.

Ioannis teſtimonium nequaq̃ re- Io.1.
puliſſe. De quo ſic ſcriptũ eſt. Hic
venit in teſtimonium, vt teſtimo-
nium perhiberet de lumine, vt o-
mnes crederent per illum. Nec
Moyſi, aliorumq; Prophetarũ re
iecit teſtimonia. De q̃bus ait Apo
ſtolis, Quoniam neceſſe eſt imple Luc.14.
ri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege
Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis
de me. Quin etiam Martyres græ
ce a teſtimonio dicti ſunt. Sic &
Eccleſia in cãticis, & hymnis de
Chriſto teſtimonium perhibet, E-
iuſmodi autem teſtimonia, nõ ab
hominibus, aut ſecundum homi-
nes ſunt, ſed a Spirituſancto qui
Deus eſt. De quo ait ipſe Chriſtus
dominus ad diſcipulos ſuos. Nõ Math.10.
enim vos eſtis qui loquimini, ſed
ſpiritus patris veſtri qui loquitur
in vobis. Item. Ille ſuggeret vobis Io.14.
omnia quæcunq; dixero vobis.
Item, Dabo vobis os, & ſapienti- Luc.21.

am, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarii veſtri.

Eccleſiæ circa ſcripturas autoritas. Eccleſiæ igitur teſtimonia de Chriſto, & eius Euangelio, nō ab hominibus, aut ſecundum homines ſunt, ſed a Deo Spirituſancto

Io.14. qui datus eſt ei, vt doceat ipſam omnem veritatem. Neq; enim ſolis Apoſtolis ꝓmiſſus, aut datus fuit. Ait enim de eo dominus, vt maneat vobiſcum in æternum. Non igitur contemnēda, aut reiicienda eſt Eccleſiæ autoritas circa ſcripturas, ſed magnifacienda prorſus, & velut ſacra Ancora (quod dici ſolet) habenda, ad quam neceſſario confugimus, velut ad columnam, & firmamentum veritatis, vbicunque de ſcripturarum vel approbatione, & receptione, vel recta expoſitione & intelligentia oritur quæſtio.

Prouer. 5. Quiſquis autem ſuperbit, ac pro-

1. Tim. 1. priæ innititur prudentiæ, incidit

in laqueos Diaboli, & relicta Eccleſiæ Ancora naufragium circa fidem facit. Vnde enim orti ſunt hæretici, niſi ex cōtemptu authoritatis Eccleſiæ?

Si Lutherus, aut quiuis alius Eccleſiæ deſertor hoſtis, & oppugnator, qui præter ſcripturam nihil vult admittere, aut pro authentico cognoſcere, reſiſteret tibi in faciem, ac diceret. Nego Moyſen ſcripſiſſe quinque libros, aut Pentateuchon. Quid reſponderes, quum id ex ſcriptura Canonica probare non poſſis? Quid ſi negaret quatuor Euangelia, quæ habemus, a Mathæo, Marco, Luca, & Ioanne ſcripta, aut ædita eſſe, Qua tu id ſcriptura probares? Si libros Ioſue, Iudicum, & Regum Apocryphos, & incerti au thoris eſſe diceret. Qua quæſo

Ad ſcripturas perneceſſaria eſt Eccleſię autoritas.

ſcriptura eos Canonicos & certi autoris eſſe probares? Si librum Iob ex canone reiiceret, tanq̃ apocryphum, aut ab homine Gentili ſcriptum. Qua tu ſcriptura cõuinceres illum vel autẽticum eſſe vel a Moyſe, non a Gentili homine ſcriptum, atq; a Iudæis primum poſtea etiam a Chriſtianis in canone receptum eſſe?

Augu. de hæreſibus. c.30.

Item ſi ſacratiſſimũ Lucæ Euãgeliũ reiiceret, ſicut Alogiani (teſte S. Aug.) reiecerunt Euangelium Ioannis, qua poſſis oſtendere ſcriptura, vel hoc q̃d habemus, Euangelium a Luca, non ab alio ſcriptum eſſe, vel recipiendũ potius eſſe, q̃ Euangelium Bartholomæi Apoſtoli (de quo ſic refert antiquiſſimus ſcriptor S. Dionyſius S. Pauli diſcipulus, in myſtica Theologia. Sic itaq; diuinus (inq̃t) Bartholomæus ait, & plurimam Theologiam eſſe, & mini-

Dionyſius

mam, Euangeliumq; & latum & magnum rurſusq; conciſum) aut Nicodemi, de quo crebra, & honorifica in Euangelio probatiſſimo Ioannis fit mentio, ſub cuius nomine adhuc hodie circumfert quoddam a neſcio quo ſcriptum Euangelium? Si ergo diceret, Bartholomæi potius q̃ Lucæ approbandum eſt Euangelium, quia Lucas non fuit Apoſtolus vnus ex duodecim ſicut fuit Bartholomæus, qua eum confutares (rogo) ſcriptura? Si diceres, ex titulo cõuinci, hoc quod habemus, Lucæ Euãgelium eſſe, & ille replicaret, incertum eſſe, & inualidum ex ſolo titulo argumentum, quia fictus & ſuppoſititius poſſet eſſe titulus, qualis eſt & aliorum Euangeliorum apocryphorum (quæ in Decretis ex Gelaſio Papa recenſentur) titulus ementitus Petri, Andreæ, Nicodemi, &c. Quid ſuper

In decretis diſt. 15. c. ſancta Ro.

eſſet tibi ad effugiendum per ſcri-
1.Cor.1. pturas? Si allegares illud ad Co-
rinthios dictum Pauli. Miſimus
etiam cum illo fratrem noſtrum,
cuius laus eſt in Euangelio per o-
mnes eccleſias, Ille vero ad hoc
reſponderet, vel non conuinci ex
hoc Pauli loco, hoc quod ſub no
mine Lucæ habemus Euangeliũ,
vere ipſius Lucæ eſſe. Vel negaret
hunc, quem Paulus ibi fratrem
Act. 11. ſuum vocat, Lucam & non alium
eſſe diſcipulum domini, quum
eo tempore omnes Chriſti diſci-
puli vocati fuerint fratres, & An-
tiochiæ primum dicti ſint Chri-
ſtiani. Vel concedens tibi, vere
Lucam in hoc Pauli loco intelli-
gi, diceret, ex eo tamen probari
non poſſe, hoc Euãgelium (quod
nos Lucæ, aut ſecundum Lucam
dicimus) pro autentico potius,
q̃ illud quod Petri, aut Nicode-
mi Euangelium dicitur, haben-

dum eſſe.Quādoquidem in Euangelio longe maior eſt laus Petri, & crebrior Nicodemi,q̃ Lucæ,cuius nulla prorſus,præter nudum titulum, in vllo mentio fit Euangelio . Quid haberes amplius ex ſcripturis , o Bullinger , quo ſic proteruienti os obturares,aut calamum obſtrueres?

Cumq; tam diligēs & acer ſcripturarum Canonicarum aſſertor zelo inconſiderato,& non ſecundum ſciētiam eſſe videaris,vt dicere auſis,grandem eſſe impietatē ſuperbiam plane luciferianicam, ſentire,aut affirmare, quod Eccleſiæ approbatione egeant ſcripturæ,merito reprehenſibilis,& iniquus iudex , atq; acceptor pſonarū videri poteris.Quid ita inquies?Dicā. Quia Papam,& nos Catholicos vniuerſos criminaris ac damnas, propter Eccleſiæ autoritatem quam confitemur, & aſſeri-

mus, abſq; omni ſcripturarum de trimento, & iniuria. Lutherum ve ro, laudas, & extollis, tanq̃ virum magnanimum, & in religione ve ra reſtauranda excellentiſſimum, optimum, & orthodoxum. Cum non ignores q̃ falſum, & impium ſit eius de ſcripturis Moſi excellẽ tiſſimi omniũ Prophetæ ( q̄ egre gie ex ſcripturis probat S. Tho. Aquinas ) iudiciũ, a me ſupra ex quodam ſermone eius recitatũ. Et theutonice quoque legiſti iam pridem q̃ audax & temeraria ſit eius ſentẽtia de quatuor noui Te ſtamẽti libris, quos ab aliis velut Apocryphos ſegregauit. Inter quos & Ioannis ſacratiſſimã non veretur numerare Apocalypſim, quod præterea S. Iacobi epiſtolã cõtemptim ſtramineam, ad alias collatã Luthe. in prologo Teuth. noui Teſtamenti vocare non eru buerit. Deniq; quod Lucæ quoq;

S. Tho. in ſecunda ſe cundæ. q. 174. art. 4

Euãgelium eleuare, ac ſuggillare in publico ad plebẽ ſermone non horruerit.

Eleuãdum (inquit) nobis eſt, quod Lucas rurſum ita ſonare ſinit, quaſi iuſtitia ex operibus veniat. Id enim Lucæ potiſſimum in more eſt. Quare vndiq; ſic in Luca textus ſonat, quaſi iuſtitia ex operibus manet, vt nuper audiuiſtis. Dimittite & dimittetur vobis, facite vobis amicos de iniuſto Mãmona. Et infra. Nam diuus (inquit) Lucas plus ad externa opera, & indicationem, q̃ ad fidem vrget, & multo magis ad externã rem, & conuerſationem ſonat, q̃ ad Euangelion, & internam fidẽ. Hæc autem ſententia Lucæ, maxime repugnat Lutheri de iuſtificatione ſentẽtiæ. Quum igitur hæc non te lateant, o Bullinger, nec ignores, q̃ abſurde & impie Otto Brunfelſius ſcripſerit, Euãgelium

Luthe. ĩ ſermo. d' phariſęo & de publicano in templo orantibus.

De Canonicæ ſcripturæ, non recenſendũ eſſe inter ſanctas ſcripturas, ſed eſſe meram quandam relationem Cabaliſticam, & Apoſtolos, vt homines ſæpe pugnantia ſcripſiſſe, quæ fruſtra concordare conatus fuerit S. Augu. Nonne, cum tam impia diſſimules, tacitusq; prætereas, iniquus es perſonarum acceptor? Rectius itaq; faceres, ſi nobiſcum, & ſcripturis & Eccleſiæ ſuam aſſereres, atq; illæſam ſeruares autoritaté. Nam ſublata, aut reiecta Eccleſiæ autoritate, in ſummo foret periculo ſcripturarum autoritas.

## De Eccleſiæ autoritate citra ſcripturas.

## CAPVT V.

TV vero Bullinger, poſt longam, ac variam de perſecutoribus deq; Philoſophis, & de Chriſtianis doctoribus comme-

moratam a te hiſtoriam (de qua ſane non eſt inter nos & vos con-tentio) in.xii.capitulo ad conten tioſam redis diſputationem, Qua id præcipue intendis, ſcripturam Canonicam, per omnia perfecte abſolutam omnia continere, quæ veræ pietatis ſunt, adeo vt poſt il lam pietatis ſtudioſo nullis opus ſit traditionibus humanis. Et hác eandem ſententiam ſubinde repe tis creberrime, Vellem equidem libenter breuibus abſoluere hanc diſceptationem, ſi poſſem, quia aliæ me vrgent curæ nunc pro-pter longinquam, ad quam ine-undam euocor, non ſolum pro-fectionem, verum etiam tranſ-migrationem. Sed video rem a-deo copioſe, ac fuſe a te tracta-tam, vt iuſta reſponſio paucis a me abſolui non poſſit, Studebo nihilominus breuitati, quan-tum potero. Dixi ſupra, ſcripturis

De Canonicæ ſcripturæ, Canonicis nos nequaq̃ detrahere, ſed ſaluã eis velle in omnibus conſeruatam autoritatem, quam a Spirituſancto ipſas accepiſſe, & perpetuo habere credimus.

Volumus nihilo ſecius Eccleſiæ quoq; ſuam permanere ratam ac inuiolatam autoritaté, ſine qua ſcripturarum autoritas in multis periclitaretur, atq; fluctuaret, & labaſceret. Quod ſane non paucis oſtendimus iam ſupra exemplis, Quibis nunc alia nõnulla ad maiorem rei euidentiam ſuperaddã.

Diſcepta-tio de Coruo qui fuit in Arca Noæ.

Etenim videmus alicubi textũ hebraicum aliter habere, q̃ habét in Græco .lxxii. interpretes, & in latino textus noſtrarum eccleſiarum. Verbi gratia. Gen. viii. cap. De coruo, quem ex arca emiſerat Noe explorandi gratia, legunt omnes Iudæi, ꝙ exiens reuertebatur, quos & noui in ſectis interpretes veſtri Lutherus, Pellicanus

Munſterus

Muſterus, &c. ſequuntur, At .lxx. interpretes, omnesque Doctores catholici, tam Græci, q̃ Latini, tũ vetuſti, tum neoterici, legunt contrarium, nempe q̧ exiens non reuertebatur donec ſiccarent̃ aquæ ſuper terram. Quibus ergo putas potius credendum eſſe? Num Iudæis hoſtibus Chriſti, aut ſectarũ propugnatoribus hoſtibusq; Eccleſiæ Catholicæ? Hoc tu forte reſponderis, ſed Catholicorum nemo eſt, qui non potius credat ſanctis & antiquis Doctoribus noſtris vna cum .lxx. Interpretibus, quibus longe iuſtius, certiusq; tribuitur Spirituſſanctus, per quem ſcripſerunt, q̃ Iudæis, aut hæreticis, præſertim quũ & hiſtoriæ ſeries, noſtræ potius, q̃ Iudæorũ lectioni conſonet, ſi enim reuerſus fuiſſet Coruus, non fuiſſet opus emittere poſt eum Columbam. S. Ambroſius myſterii quoq; ratio-

Ambro. de Noe, & ar ca. ca. 17.

nem addit, dicens. Deniq; egreſ-ſus coruus non reuertitur ad iu-ſtum, quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec probitati videtur & iuſtitiæ conuenire.

Diuerſitas I textu noſtro in Hebraico.
2. Tim. 3.

Videmus præterea quædã ab Apoſtolo Paulo ex vet.teſt. alle-gari, & in noſtris textibus haberi, quæ in hebraico textu non haben tur, Verbi gratia, in epiſtola ad Ro. cap.3. allegat multos verſiculos ex pſal.13. Qui apud hebræos cer nuntur omiſſi, Et in poſteriore ad Timotheum epiſtola ſic ait cõtra hæreticos. Quemadmodum autẽ Iãnes, & Mãbres reſtiterũt Moy-ſi, ita & hi reſiſtunt veritati. Quid ergo dicemus hic? Nũ qd Iudæo-rum bibliis potius credendũ eſſe putabimus, q̃ Paulo Apoſtolo? Hoc lõge abſit a Catholicis. Scio quidẽ, quid de priore loco ex epi ſtola ad Ro. citato, reſponderit ſa cræ virgini Euſtochio S. Hiero-

nymus in prologo ſuo ſuper librum. xvi. cõmentariorum ſuorũ in Eſaiam, ſed alibi oſtendi, eum iſti quæſtioni (ſalua eius gloria & honore) non ſatisfeciſſe.

De poſteriori vero loco, nempe de Iamnes & Mãbres, neſcio ſi vſpiam Hieronymus mouerit quæſtioné. S. Ambroſius ait, hoc exemplũ de Apocryphis eſſe ſumptum, Chryſoſtomus autem vel ex traditione ſeniorum, vel ex reuelatione Spiritusſancti, Theophylactus ei conſentiens ait ſic, Magi quidé hi extitere téporibus Moyſi. Veruntamé vnde iſtorum nomina accepit Apoſtolus, cũ in ſacris literis nullibi exprimant? Nimirũ vel ex auditu acceperat, vel Spũſancti reuelatione cognouit, Par. n. erat, vt Paulo eént hæc nõ incognita. Quum auté tu ipſe, Bullinger, ex Euſebio ꝓbaueris, Moyſen oĩbus aliis ſcriptoribus Iamnes & Mambres.

De Canonicæ ſcripturæ,
antiquiorem fuiſſe, quem hic no-
bis oſtendis ſcriptorem, ex quo
Paulus iſta tranſſumpſerit nomi-
na, quandoquidem vos patrum
traditiones valere non ſinitis?

III. Diuerſa ꝓlatio nominũ propriorum.

Rurſus magnam videmus di-
uerſitatem in propriorum nomi-
num expreſſiõe inter nos, & vos.
Non enim ſicut & Apoſtoli fece-
rũt, exprimimus nõmina ſicut ex
preſſerunt ea.lxx.Interpretes, atq;
etiã in ſua tranſlatione latina Hie
rony. verbi gratia, Dicimus Eua,
Noæ, Cham, Iudas, Ieſus aut Io-
ſue, Samſon, Sedechias, Nabuch
odonoſor, Cyrus, &c. Vos autem
in nouis tranſlationibus veſtris,
ſpreto Eccleſiæ antiquiſſimo vſu,
potius cũ Iudæis Chriſti blaſphe
matoribus dicitis, Heua, ſeu Ha-
ua, Noah, Ham, Iehuda, Iehoſ-
chua, Simſon, Zidkia, Nebucad-
nezar, Koreſch, &c. Quid ergo?
Nunquid æquum cenſes, vt nos

relictoq; Eccleſiæ vſu, Iudaicâ iam tandem, poſt tot ſecula cõtra .lxx. Interpretum, & Apoſtolorum cõſuetudinem, recipiamus prolationem? Iudica vt lubet, Catholicis hoc nunq̃ perſuaſeris.

Neq; item perſuadebis nobis, vt Pſalmos iuxta Iudæorum potius, q̃ veterum Doctorum, & Eccleſiæ aſſignatos numeros cõmemoremus, aut alligemus, ſicut vos facere ſoletis in Papæ, & Catholicorum deſpectum'. Eiuſmodi enim nouitas, numerorũq; mutatio, non ſolũ conturbat ſimplices, verum etiam eruditos, qui apud omnes Eccleſiæ Doctores, etiam apud vetuſtiſſimos, reperiunt eos numeros pſalmorũ, quibus adhuc hodie Catholica vtit Eccleſia. IIII. Diuerſitas i numeris Pſalmorũ

Quid inſuper dicemus de diuerſitate nouarum tranſlationum ſacræ ſcripturæ, quibus non no- V. Diuerſitas in tranſlationib' nouis.

ſtros tantum, ſed & veſtros, gra-
uiter conturbatis, dum vnus ſic,
alius ſic interpretamini textū ex
Hebræo, non ſolū, aliter q̄ nos in
latina tranſlatione hactenus per
tot ſecula ſine hæſitatiōe legimus
verū etiam inter vos ipſos, per ſu
perbiam, philautiam, inuidiā, &
æmulationē (dū alter altero do-
ctior vult videri) multa diuerſi-
tate diſſentitis. Etem alibi oſtēdi,
q̄ varia ſit inter vos ipſos in tran
ſlationib' veſtris nouis diuerſitas,
Hic breuitatis gr̄a ex vno tantum
pſalterii loco referā exēplū veſtræ
diuerſitatis, q̄d iā antea rep̄baui.

Etenim in Pſalmo, quem nos
cix. vos autem. cx. numeratis, Ver
ſus quartus, quē nos ita legimus,
Tecū principium in die virtutis
tuæ in ſplendoribus ſanctorum,
ex vtero ante luciferum genui te.
A veſtris multa varietate vertit.
Sic. n. in Theutonico vertit Luth.

I. Poſt victoriam tuam offeret ti bi ſpontaneé populus tuus in ſan cto decore, filii tui naſcentur tibi ſicut ros ex aurora. Pomeranus vero, quem Lutherus omnibus præfert, noſtro magis q̃ Lutheri ſui conſonans textui ſic habet.
II. Tecũ principatus in die vir-tutis tuæ, in ſplẽdoribus ſanctoꝝ tuorũ, ex vtero ante luciferum ge nui te. Pellicanus vero veſter in priori æditione ſua ſic.
III. Populus tuus oblationes li-berales in die virtutis tuæ in de-coribus ſanctitatis, ex vtero auro ræ tibi ros generationis tuæ. Feli-nus vero (is Bucerus eſt) quem Pellicanus præ omnibus aliis cõ mendat, ſic.
IIII. Populus tuus aderit ſpõta-neus, in die quo virtutẽ tuã decla rabis, in vrbe ſancto ſplẽdore in-ſigni, vt ros matutinus aderit ab vtero iuuentutis tuæ.

V. Munſterus vero veſter, quem & Lutherus in hebraicis magni fa cit, ſic.
VI. Populus tuus ſpontanearum eſt (voluntatum) in die exercitus tui, in magnificentiis ſanctitatis, ab vtero auroræ eſt tibi ros natiuitatis tuæ.
VII. Zuinglius autem tuus ſic. Populus autem tuus in die triumphi tui, vota offeret cum ſancta pompa, ros enim natiuitatis tuæ ex vtero auroræ eſt.

Pellicanus

Quem vero ex iis quinque aut ſex Rabinis veſtris potiſſimum ſequeris, o Bullinger? Certe Pellicanus (qui Tigurinis familiariſſime notus eſt) in poſteriori editione ſua, noſtrum potius textũ amplexus eſt. Quinimo profitetur palã in præfatione ſua ſuper Pſalteriũ. Eo ſe tandem ſtudio, & iudicio proceſſiſſe, vt antea hac nũq̃ tam diligenter ſenſum Interpretis ex-

penderit cum dialectis ac tropis hebraicis. Quem & tanta dexteritate, ac eruditione, & fide, hebraico, quo ad ſenſum cócordare deprehenderit, vt eruditiſſimum pariterq; piiſſimum, & vere prophetali ſpiritu præditum fuiſſe nō dubitet. Quid tu Bullinger ad hæc dicturus ſis, libenter profecto audiam.

Diuerſitas circa textū Eſaiæ.

Interim & aliud proponam tibi ex tuis Rabinis nouis exemplū diuerſitatis, breuiſſime (quantum potero) ex vnius Eſaiæ capitulo primo, vbi textus noſtri Hieronymi ſic habet. Confundentur enim ab idolis quibus ſacrificauerunt, & erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis, Erunt enim quaſi Terebinthus defluentibus foliis, & velut hortus ſine aqua. Omittā hic Vuittembergenſium, atq; Argentoratenſium tranſlationes, breuitatis gratia, Referam dūtaxat qua

tuor tibi notiſſimorum verſiones, Quarũ prima ſit Oecolampadii, cuius in Eſaiam expoſitioné tanti fecit Zuinglius, vt q̃d ad ſenſum attinet, & ſacrarum literarum col lationem, dixerit, nullum vnquã opus exiiſſe a quopiã, quod æqui us poſſit Cornucopiæ appellari. Oecolampadii itaque verſio ſic habet.

I. Quoniam confundenẽ a tiliis, quibus oblectati vos eſtis, & eru beſcetis ab hortis quos elegiſtis. Quando eritis ſicut tilia defluenti bus foliis eius, & ſicut hortus, cui aqua non (eſt) ei. Zuinglius vero poſt illum ſic vertit.

II. Quod niſi quercuum vos pu deat, quibus delectati eſtis, & hor torum quos elegiſtis, eritis ſicut quercus, cuius folia defluunt, & ſi cut hortus quem nulla irrigat a qua. Pellicanus vero conformior Oe colampadio, ſic.

IIІ. Confundentur enim a filiis quas deſideraſtis, & erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis, quũ fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua. Poſt Pellica. Tiguri quoq; ſuã edidit tranſlationem Munſterus, qui hunc locum ſic vertit.

IIII. Quoniam confundent propter deos, quos habere deſideraſtis, & ignominia afficiemini propter hortos (lucorum) quos elegiſtis, Quoniã eritis ſicut arbor, cuius foliũ marceſcit, & ſicut hortus qui non habet aquas.

Quid volunt ſibi tam multæ, ac diuerſæ tranſlationes in vno fere loco & tempore a tuis, Bullinger, æditæ? Quam tu eligis, ac cæteris præfers? An & tu nouam iis ſuper addidiſti, aut iam adhuc ſuperadditurus es? Quod ſi omnium tranſlationes, quæ in diuerſis locis intra hos. xx. annos editæ

Nouarum trãſlationũ numeroſitas.

De Canonicæ ſcripturæ, ſunt, in numerum computentur, plures profecto inuenies, q̃ antea fuerint æditæ intra M. & D CCC. annos. Tot enim, atque etiam paulo plures computantur anni vſq; ad tempus primæ tranſlationis, quæ Alexãdriæ in Aegypto a lxxii. Interpretibus ex hebræo in græcum facta eſt.

Iuſtinus in Apologe I co. Ireneus li. 3. c. 24. Aug. de ciuitate dei. lib. 18. ca. 42.

Quanta vero eſt, obſecro, inter illos antiquos, & vos nouos interpretes differentia? De illis referunt ꝓbatiſſimi autores Iuſtinus martyr, Irenæus, & Auguſt. (quorum dicta alibi commemoraui) ꝙ ſeparati cellulis (ita enim eorũ fidem explorare voluit Rex Ptolomæus) tãto verborum conſenſu interpretati ſint ſinguli, vt in nullo verbo quod idem ſignificaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine, alter ab altero diſcreparet, ſed tanq̃ ſi vnus eſſet interpres, ita quod omnes inter-

pretati ſunt, vnum fuerit. Quanta vero ſit inter vos nouos interpretes diuerſitas, ex iam dictis clare patet. Quare neceſſario permanemus circa antiquam tranſlationẽ noſtram, quam Eccleſia tot ſeculis receptã publice approbauit. Ne per varietates veſtras efficiamur ſicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Sicut fideliter præmonet vos Apoſtolus. Ephe,4.

Video enim Lutherum, qui Eccleſiam Dei ſuis tranſlationibus grauiſſime turbauit, nunc in duobus aduerſum Iudæos libellis ſuis Theutonicis, longe alterius eſſe, q̃ antea fuit, ſentẽtiæ. Et qui hactenus in ſuis æditionibus, vna poſt aliam, multa mutauit, vt inconſtantiſſimus eſt in omnibus viis ſuis, nunc tandem publice ſa Lutheri libri duo cõtra Iudæos.

tetur, ſe in multis interpretando erraſſe. Addit vero Hieronymum quoq; ſæpe erraſſe, atq; etiam ſan≠ ctem Pagninum, & Munſterum, quod Rabinorum gloſſis nimiū crediderint, ſe ipſum quoq; nimi um tribuiſſe eorum interpretatio≠ ni. Et qui tam ſecure tot annis cō≠ tra antiquum Eccleſiæ textū Ger≠ maniæ populis ſuá in multis ex≠ emplarium milibus tranſlationē obtruſit, nunc Iudæorum factus inimicus, ſero fatetur turpitudi≠ nem propriam, quod oporteat ipſuȝ reuocare velut erronea mul ta, quæ pro veris antea tradidit. Quod & aliis Hebræiſtis (vt vo cat) qui nouas ediderunt tranſla≠ tio1.es, contigiſſe non inaniter pu tat. Mihi profecto nunq̄ placuit iſta nouitas horum Hebræiſtarū, qui Rabinorum potius, q̄ Eccle≠ ſiæ Doctorum expoſitionibus vſi ſunt.

Quare libenter approbo nouiſſimam hanc Lutheri ſententiam, quā hoc anno. 1543. nuper euulgauit. Nempe vetus Teſtamentū præcipue ad Meſſiam, & fidem noſtrā tendere, ac teſtificari, Quiſquis illud non ſic intelligit, is nō vere ipſum habet, Ideo Moyſes & ſcriptura Iudæis noſtri temporis incognita eſt, nec vere apud eos eſt Moyſes antiquus, q vtiq; vult Meſſiæ teſtis eſſe. Cum igitur Iudæi Meſſiam tam ſcelerate tractent, impoſſibile eſt, inquit, eos Moyſen vel in vno verſu recte intelligere, Vult ergo Lutherus, vt Hebraica Biblia purgetur ab Hebræiſtis Chriſtianis, qui Meſſiæ habent intellectum, ſicut ait Apoſtolus. 1. Cor. 2. Nos autem ſenſum Chriſti habemus, Iudæis vero fidédum non eſſe, quin ii iam 1500. annis Bibliam corruperint punctis, diſtinctionibus, *Corrupta a Iudæis Biblia.*

De Canonicæ ſcripturæ, coniugarionibus, conſtructionibus, ſignificationibus, vt eã Meſſiæ, fideiq; noſtræ, & nouo teſtamento contrariam facerent, idq; magno ac furioſo ſtudio fecerint, nam & punctorum additionem ait humanam eſſe adinuẽtionem, quibus Moyſes & Prophetæ vſi non fuerint.

Nõ eẽ credendũ nouis tranſlatoribus.

Ex his igitur & ego concludo iam, Vobis hebræiſtis, & nouis tranſlatoribus nihil contra antiquum Eccleſiæ textum, & ſanctorum patrum expoſitionem credẽdum eſſe in omnibus nouitatibus veſtris, Quia ſpiritus veritatis apud Eccleſiam, non apud Eccleſiæ hoſtes manet in æternũ. Vnde iam perſpicuum, ac manifeſtũ eſſe arbitror, q̃ neceſſaria nobis ſit Eccleſiæ autoritas cõtra prophanas nouitates veſtras, dũ nouos textus ſcripturæ, nouaſq; expoſitiones vſq; adeo diuerſas, & inſtabiles

biles

biles nobis obtruditis, Quemadmodum. & cõtra omnes hæreſes ſemper ad Eccleſiæ autoritatem Catholici confugerunt, Quod & Tertullianus conſuluit, ne hæretici ad vllam de ſcripturis diſputationem admittantur, vti recitauimus ſupra. Aequitatis igitur & rationis iudicio ſincero, & ab effectibus libero facile deprehendere potes, quanto ſit tutius conſcientiis noſtris permanere iuxta Eccleſiæ approbationem in lectione ſcripturarũ antiqua, q̃ leuiter ab vna tranſlatione noua ad aliã properare, & Iudaicis Rabinis plus tribuere in ſcripturarum intelligẽtia, q̃ Eccleſiæ Doctoribus. Nec melior eſt hac in re hæreticorum, q̃ Iudæorum cauſa, imo longe deterior. Quia multo remiſſius erit in iudicio Iudæis, q̃ hæreticis, Quandoquidẽ melius eſt (vt ait Petrus Apoſtolus) non cogno 2. Pet. 2.

ſcere viam iuſtitiæ, q̃ poſt agnitio nem r etrorſum conuerti.

Multa credimus, q̃ non ſunt ſcripta.

Quod ſi perſtiteris in tua contra Eccleſiam Ro. & Catholicam ſentẽtia, vt citra, aut extra ſcripturã, nihil velis admittere aut agnoſcere quod ad verã pietatem pertineat, multos profecto reiicies articulos fidei noſtræ, quos ſumma cũ pietate aſſerimus, a ſanctis patribus nobis traditos. Quorum multos contra Vuiclephum commemorat Vnidefordus Anglus, multos cõtra Taboritas magiſter Ioãnes Pezibram Bohemus, multos noſtri cõtra Lutherum, & ego nonnullos contra Melanchthonẽ in Philippica Quinta. De quibus nondum reſpõdit (quod ſciam) Philippus, q̃q̃ ad ipſius petitionem tradidi ei Vuormaciæ ante biẽnium exemplar, & quidem amice, propter inſtans tunc de concordia colloquiũ. Inter quos

ſane præcipuus erat de trinitate perſonarum in vna deitatis eſſentia, De quo ſane a te quoq; reſpōderi velim. Scriptura enim nuſq̄ dicit tres perſonas, nuſq̄ eſſentiā, nuſq̄ trinitatem, De Chriſto inſup multa pie credim᷒, q̄ nō explicat Canonica ſcriptura. Verbi gratia.

I. Chriſtum eſſe homouſion, ſeu conſubſtantialem Deo patri, contra Arrianos.

II. Chriſtum eſſe vnigenitum virginis Mariæ filiū, cōtra Heluidiū

III. Chriſtū vnius eē perſonæ & duarū naturarū, contra Neſtoriū.

IIII. Chriſtū duas hēre volūtates ī vna pſona, cōtra Monothelitas

V. Chriſtum habere præter diuinum ſpiritum rationalem quoq; animam, contra Apollinarē, &c.

Hæc exēpli & breuitatis cā ſufficiāt, q̄ ab Eccl'ia edocti firmiter credimus & pie aſſerimus, licet in ſcripturis nō ſint exp̄ſſe cōp̄hēſa.

## De Canonicæ ſcripturæ, De vero Dei cultu interno & externo,

## CAPVT VI.

QVis neſciat (inquis) omnia ea, quæ de ſtudio Dei, de fi-de, deq; charitate in Deum, & pro ximum, id eſt, de officiis vitæ & pietatis, item de integritate & ſan ctimonia vitæ, ſcire refert, literis cōprehēſa eſſe Canonicis? Quod ſi dubitas adhuc, audi dicentem Moſen, Et nūc Iſrael audi ſtatuta & iudicia q̃ ego doceo vos &c. Ad hæc iam ſupra reſponſum eſt, non omnia eſſe in ſcripturis com prehenſa, ſaltem expreſſe.

Deut. 4.

Inſidioſa locutio.

Tu vero Bullinger fallaciter & inſidioſe loqui videris, dum oīa cōprehenſa dicis, Populus enim intelligit per hoc, omnia expreſ-ſe poſita, Et ea ratione tu quoque reiicis aliquot ſacramenta nouæ legis, vtpote Confirmationē, Or-dinem, Extremam vnctionem, &

multa alia quæ tot ſeculis pie cre dit Eccleſia.Qualia ſunt Miſſæ ſacrificium,purgatorium,ſanctorũ inuocatio,Horæ Canonicæ,Monaſtica inſtituta, &c. Dicis enim hæc in ſcripturis nõ eſſe comprehenſa. At ſiquis tibi obiiciat te quoq; multa credere,quæ nõ ſint in Canonicis comprehenſa ſcripturis,verbi gratia, Tres eſſe pſonas in vna eſſentia deitatis,Chriſtum eſſe homouſion patri,Spiritumſanctum ab vtroq; procedere &c.Hic tu mox dices,hæc implicite, non explicite comprehenſa eſſe,idq; ſatis eſt credenti, At nos longe copioſius poſſumus ex ſcripturis probare, ꝙ in eis implicite comprehendantur Miſſæ ſacrificium,Purgatorium,vota monaſtica &c. q̃ probare queas tu per ſcripturas, ꝙ tres in vna deitate debeant dici tres perſonæ potius q̃ tres viri,aut tres ſubſtantiæ,aut

ꝙ verbum ſit perſona, &c. Cur er go reiicis noſtra, quæ nō ſunt expreſſe ĩ ſcripturis cōprehēſa. Q ñ tu pariter nobiſcũ multa alia credis & aſſeris, q̃ ſimiliter non ſunt exp̄ſſe in ſcripturis cōprehenſa?

Multa sũt abrogata, quæ in ſcripturis præcepta. ſunt ad literã.

Et econtra, multa nobiſcũ abrogas q̃ ſunt expreſſe in ſcripturis cōprehenſa. Nam & tu carne veſceris ſuilla, lepore, piſcibus non ſquamatis, ſanguine itẽ & ſuffocato quæ ſunt expreſſe in ſcripturis interdicta, Abrogas ſabbatũ, q͛ & ſeueriſſime & ſæpiſſime in ſcripturis expreſſe præceptũ eſt, Colis aũt pro eo Diẽ dominicũ, de quo ne iota quidẽ in ſcripturis p̄ceptum eſt. Qua, rogo autoritate aut ratione ſic facis, ſi eccleſiæ traditionẽ autoritatẽq; deſpicis? Vnde ſcire queas, quid in ſcripturis vet. teſt. ſeruãdũ. q̄d abrogãdum ſit Chriſtianis, ſi nō doceat te mater Eccleſia, & ſanctorũ patrũ tra

ditio? Quid iactitas? verbum dñi manet in æternũ, Cũ tu ipſe manifeſte abroges verbũ dñi q̃d toties in ſcripturis ad literã p̃cipit coli ſabbatũ? Vbi ꝓhibet Chriſtus, aut Pau. coli ſabbatũ? Aut vbi p̃cipit pro eo coli diẽ dñicũ? Nõne primi ex Iudæis Chriſtiani, qꝫ procul dubio optimi ac nobis longe ſanctiores fuerũt, nõ ſolũ ſabbatum, ſed & alia veteris legis inſtituta ſancte cuſtodierunt? Ita enim ait Sanctus Iacobus ad Paulũ Apoſtolum Hieroſolymis. Vides frater, quot millia ſunt in Iudæis q credideruntʼ, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quia diſceſſionem doceas a Moyſe. Et poſt pauca. Et ſcient (inquit) omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. Sed & Paulus ipſe, uocatos ad ſe Iudæos Romæ, ſic allocutus eſt. Act. 21. Act. 28.

Ego viri fratres nihil aduerſus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Hieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum.

Preceptũ Apoſtolorum. Act.15.

Quid, quod Apoſtoli quoq; & ſeniores præceperunt iis qui ex gentibus crediderunt, abſtinere a ſanguine, & a ſuffocato. Tu vero ne a porcorum quidem ſanguine abſtines. Qua ergo id facis autoritate cõtra ſcripturam tam expreſſe prohibentem? Ex his itaq; iam videre poteris, q̃ inconſulte (ne quid grauius dicam) facis, dum ſic eleuas & contemnis Eccleſiæ authoritatem, atq; ex ſolis ſcripturis Canonicis omnia, quæ ad pietatem pertinent, ꝓbanda eſſe contendis. Cum tamen ſine Eccleſiæ doctrina, ſcire non poſſis, quæ nã ſcripturæ ſint Canonicæ, quæ legis præcepta ad literam ſeruãda, quæ abrogãda ſint, aut abrogata.

Quod vero allegas verba Sa- maritanæ, Chriſti, Petri, & Pauli, quod omnia nobis annũciauerit. Nos id minime negamus, negamus autem omnia in ſcripturis Canonicis expreſſe comprehenſa eſſe quæcunq; illi nobis tradiderunt, aut annunciauerũt. Non ait Chriſtus neq; Paulus. Omnia ſcripſi vobis, ſed ait Chriſtus. Omnia nota feci vobis, Paulus vero ſic. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarim vobis omne conſilium Dei.

Chriſtũ Apoſtolis omnia tradidiſſe.

Io.15.

Act.20.

Quod auté ex Moyſe obiicis, Non addetis ſuper verbum quod ego præcipio vobis, neq; minuetis ab eo, atque inde ſubſumis ſic. Neceſſe autem eſt, eam legem perfecte abſolutam eſſe, cui nihil vel addi poteſt vel adimi. Hoc ſane argumentum nihilo plus pro te facit q̃ pro nobis. Si enim ſic intelligi velis, legem Moyſi ita per

Quomodo ad legem Moyſi nihil addendũ eſt.

fecte abſolutam eſſe, ut nulla alia lex aut traditio ſupaddi debeat, vbi maneret lex Euangelica? vbi traditiones Eccleſiæ, Apoſtolorũ & ſanctorum patrum? At ne tu q̃dẽ omnes reiicis traditiones Eccleſiæ. Contra hunc vero intellectum verborum Moyſi, quem tu ſubſumis, & obtrudis, manifeſte ait Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos, Reprobatio quidem fit p̃cedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex.
Heb.7.
Et ad Galatas. Quomodo (inq̃t) conuertimini iterũ ad infirma & egena elemẽta, quibus denuo ſeruire vultis? Et ipſe Chriſtus. Non veni (inquit) ſoluere legem, aut Prophetas ſed adimplere. Adimpleuit autẽ perfectiora tradendo, quæ non manum tantum ſed & animũ cohibent à malo. Ego igitur verbum Moyſi in Deuterono
Gal.4.
Deut.4.

mio, ſicut & verbum Salomonis in prouerbiis, & verbum Ioannis in Apocalypſi, de non addendo aut minuendo, ſic potius intelligo, vt nihil addi aut adimi debeat, per quod genuinus literæ ſenſus corrumpatur aut mutetur. Prouer. 30 Apoc. 22.

Sic vos peſſime facitis, dũ populum a bonis operibus abducitis per falſificatum a vobis verbũ Apoſtoli, vbi de iuſtificatione fidei loquitur. Vos enim dicitis, Paulus vbiq; docet, ſolam fidem iuſtificare. At Paulus nuſquam ita dicit, ſed vos falſa huius vocis (ſola) additione deprauatis verbum & ſenſum Apoſtoli. Idquod ego iampridem manifeſtę oſtendi & conuici, tum in libello aduerſus Minotaurum Vuittenbergenſem, tum in Tertia Philippica contra Apologiam Confeſſionis Auguſtenſis. Dic obſecro, quare nullus veſtrum tot

Falſa ad textum Pauli additio

annis dignatus aut viſus eſt, hoc crimen falſi, quod vobis publice imputaui, diluere aut excuſare? Semel quidem Vuittembergenſibus ſuis id excuſare tẽtauit Lutherus, ſed non erat conueniens, aut ſufficiens ea excuſatio, ſicut in Minotauro, atque etiam in Philippicis luce manifeſtius ex Paulo a me oſtenſum & mendacium eius conuictum eſt.

Quæ autem de cultu Dei vero interno, & externo ꝓlixe memoras, minus offendunt nos, in eo præſertim loco, vbi affirmas, Dominum tam in veteri populo q̃ in nouo externum quoq; cultum inſtituiſſe. Verumtamen vbi ſubiungis. Omnia quæ ad internam pietatem faciunt, plane nobis tradita eſſe, ſimiliter & quicquid externi cultus & exercitii Deo placet, literis eſſe comprehenſum Canonicis. Ita vt nemini ſua vel ratio,

vel bona intentio ſectāda ſit. Hic certe nō poſſumus omnia, vel ad mittere, vel diſſimulare, quia nimis generaliter atq; inſidioſe loqueris.

Etenim quæ īterni cultus ſunt plene nobis tradita eſſe facile admitto, ad hūc ſenſum, qđ omnia nobis tradita ſint ſiue per Chriſti & Apoſtolorum, atq; Sanctorum Patrum annunciationem, viuáq; (vt loquimur) traditionem velut per manus, ſiue per diuinum inſtinctū Spirituſſancti. Iuxta illud Chriſti. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquiť in vobis. Et illud Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Et rurſus, Cum autē venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Nego autē omnia eſſe ſcripta, aut ſacris in literis omnia expreſſe compre-

Quæ interni cultus ſunt, nō omnia ſunt ſcripta.

Math. 10.

Ioā. 14, & 16.

henſa eſſe. Oſtendi enim ſupra, multos nos credere articulos qui in ſcripturis expreſſe non habentur, Verbi gratia, Tres eſſe perſonas in vna eſſentia diuina. Duas naturas in vna perſona Chriſti, Mariã eſſe Dei genitricem ac perpetuo virginem &c. Conſtat autẽ fidem ad verum Dei cultum pertinere, ſicut & tu ipſe ais, verum Dei cultum eſſe fidem, innocẽtiã & charitatẽ, Ego ſpẽ addiderim. Iuxta illud Apoſtoli ad Corin-
1.Cor.13. thios. Nunc autem manent fides ſpes & charitas. Tria hæc, maior autem horũ eſt charitas. Et illud
Ro.5.&.8 eiuſdem ad Romanos, Tribulatio patientiam operatur, patiẽtia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit. Et iterum. Spe enim ſalui facti ſumus, ſpes autem quæ videtur, non eſt ſpes.

Quæ vero in externo cultu ob

obſeruamus, nequaq̃ ſcripta ſunt oĩa in ſacris literis, Quẽadmodũ ex Dionyſio, Origene, Auguſtino cæteriſq; piis doctoribus clariſſime probat. Proinde non cõcedimus tibi, ea Deo non placere, eo quod non ſunt ſcripturis diuinis cõprehenſa. Neq; enim Chriſtus, neq; Paulus, neq; vllus aliorum Apoſtolorũ dixit nobis, Nihil facite in honorẽ Dei, niſi quod ſcriptum habetis. Bene enim ſciuerũt nimis longũ fore, ſi omnia ſcriberentur, propterea iuſſerũt nos audire Eccleſiam & Præpoſitos noſtros. Siquis Eccleſiam nõ audierit (inquit dominus) ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Et Paul. Siquis autem (ait) videt contentioſus eſſe, nos talẽ conſuetudinẽ non habemus, neq; Eccleſia Dei. Et poſt pauca. Aut Eccleſiã Dei cõtemnitis? Itẽ. State fratres, & tenete traditiones q̃s didiciſtis ſiue p

Multa externi cultus nõ sũt ſcripta.

Math. 18.

1. Cor. 11.

2. Theſſ. 2.

Heb. 13.

De Canonicæ ſcripturæ,
ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Item, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.

Graue contra Eccleſiæ traditiones peccatum.

Ex his iam vides, o Bullinger, q̃ graue ſit peccatum veſtrum, qui ſic contentioſi eſtis contra veteres Eccleſiæ traditiones, & conſuetudines, tranſgredientes per hoc & Chriſti & Apoſtolorum eius mandata, dum vſq; adeo ſuperbe, ac ſeditioſe contra vtranq; poteſtatem, ſecularem inquam, & Eccleſiaſticam, Eccleſiam Dei contemnitis, atq; etiam defenditis peccatum hoc veſtrum per falſiſſimam propoſitionem iſtam, Quicquid externi cultus & exercitii Deo placet literis comprehenſum eſt Canonicis. Nã & tu ipſe poſtea melius dicis, Eos prophanationis ſacrorũ non poſſe abſolui, quicũq; contra Eccleſiaſticas traditiones nunc clamitant, fruſtra me colũt docentes doctrinas hominũ &c.

Nos

Nos igit in Eccleſia Chriſti multas externi cultus obſeruationes ac ritus piè fideliterq; tenemus, q̄ in ſacris literis nuſquam ſunt p̄cepta aut cōmendatæ, ſicut docet ac iubet nos tenere Paulus traditiones quas didicimus, ſiue per ſermonem (vt dictum eſt) ſiue p epiſtolam, Et dicit Anathema iis qui nos in huiuſmodi cōturbāt, Et iubet nos declinare ab illis, q diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam didicimus, faciunt. Gal. 1. & 5. Rom. 16.

Multas præterea Ceremonias externi cultus non tenemus, licet expreſſe ſint in Canonicis ſcripturis præceptæ. Quales permultæ habentur in Leuitico, in numeris & in Deuteronomio, licet primi ex Iudæis (vt dictum eſt) Chriſtiani eas diligentiſſime obſeruauerint. Scimus & ante legem ſcriptam multas Patriarcharum ob- Multæ Ce rimonie ſcriptæ iā abrogatæ ſunt. Gen. 8.

De Canonicæ ſcripturæ, ſeruationes in externo Dei cultu placuiſſe Deo, licet nullibi eſſent ſcriptæ. Sic enim legimus. Aedificauit aũt Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mũdis, obtulit holo cauſta ſuper altare, odoratusq́ eſt dñs odorem ſuauitatis, & ait ad eũ, Nequaquã vltra maledicam terræ propter homines. Sic & Abrahæ, Iſaac & Iacob ceremoniæ Deo vtriq; placuerũt, licet in nulla eſſent ſcriptura Canonica p̄ceptæ a Deo aut comprehenſæ, Prorſus igitur falſa eſt tua de externo Dei cultu doctrina. Nec poteſt peccatum veſtrũ vlla ratione defendi, aut excuſari, q Tiguri, ac Bernæ tam impie graſſati eſtis contra externum Dei cultum.

## De Sacramentis Eccleſiæ in lege noua.

## CAPVT VII.

NEc minora ſunt peccata ve-ſtra, quæ contra ſeptem Ec-cleſiæ ſacramenta, fœdiſſime pa-riter & impiiſſime cõmiſiſtis iam vltra.xx.annos, neque hodie ab huiuſmodi erroribus & impietati bus deſiſtitis, ſed inani verboſita-te ac fallaci ſcripturarum præte-xtu omnia cõfunditis, & quicqd pium ſanctum & ſalutare eſt in ſa cramentis, veſtra peruerſitate, in peſtem & venenum vertitur. Ve-ſtris enim intemperiis factum eſt, vt miſeri, Anabaptiſtæ & adultos rebaptizẽt, & paruulis baptiſmũ negent, ac ſubtrahant. Veſtro diſ-ſidio impiaq; a Ro. Eccleſia defe-ctione fit, vt Euchariſtiã in ſectis veſtris nemo ad ſalutem, ſed o-mnes ad iudicium indigne acci-piant, Abutuntur enim ſacramen-to vnitatis, & fraternæ commu-nionis, atque charitatis, perma nentes interim pertinaciter in

Sacramẽta ſalutis per pſeudo p-phetas ſe-ctis in peſtem vertũtur.

De Canonicæ ſcripturæ,
ſchiſmate & hæreſi ſua cõtra vni-
tatem Eccleſiæ catholicæ, atq; in
odio contra Papam, Epiſcopos,
Monachos, omnemq; Clerum ca
tholicum. Veſtris præterea de ſo-
la fidei iuſtificante importuniſſi-
mis diſputationibus totũ pœni-
tentiæ ſacramẽtum in ludibrium
venit apud plebes nouarum ſecta-
rum. Sublata enim confeſſione ſe-
creta & ſatisfactione operis pro
contritione ſubornatis vanam de
fide præſumptionem & frigidam
de baptiſmo rememorationem,
quia docetis omnia mox abſor-
beri peccata quãdo ſtat aut redit
fides in promiſſionem baptizato
factam. Quaſi vero non grauius
fiat poſtq̃ ante acceptũ baptiſma
peccatum, fiunt vtique baptizato
peccata poſteriora deteriora pri-
oribus, ſicut ait Petrus Apoſtolus
in ſecunda Canonica ſua, Cui &
Pauli ad Hebræos ſententia con-

Qualis apud ſe-ctas pœni-tentia.

Lutu. in captiu. Babylo.

2. Pet. 2. Heb. 6.

cordat, Qui peccatores poſt baptiſma dicit rurſum crucifigere ſibimet ipſis filium Dei & oſtentui habere, Ideo cõparat eos terræ, quæ bene culta profert non herbam oportunã, ſed ſpinas ac tribulos, Reproba eſt (inquit) & maledicto proxima, cuius conſumatio in combuſtione.

Reliqua vero quatuor Eccleſiæ ſacramenta, Ordinem, confirmationem, Extremam vnctionẽ, & matrimonium omnino exploditis, & pro ſacramentis habere non vultis, eo ꝙ in ſacris literis inter ſacramenta expreſſe nõ commemorantur, ſed q̃ fallax, & inualida ſit hæc ratio veſtra, ex ſupra dictis patet, atque etiam ex dictis tuis propriis cõfutari poteſt, Nã & tu ipſe doces, non aſpernanda protinus eſſe omnia, quæ de verbo ad verbum in ſacris literis nõ inueniũtur, Quod ſi dixeris, Ideo

Peccata & errores ſectarum circa reliqua quatuor ſacramenta.

reiici quatuor hæc ſacramenta, qa ex ſacris literis deduci nō poſſint. Iam ſupra reſpondi multa, q̃ reiicitis, longe copioſius ex ſcripturis deduci poſſe, q̃ ꝙ tres in trinitate diuina debent dici tres pſonæ potius, q̃ tres viri aut tres ſubſtantiæ apud latinos, cum tñ dicuntur iam licite tres hypoſtaſes apud Græcos.

Et iam pridé perſæpe oſtenderunt vobis noſtri multa ſcripturarum teſtimonia de his quatuor, q̃ male reiicitis, ſacramentis, Atque vt obiter in genere pauca cōmemorem, Quantum ad ordinis attinet ſacramentũ, non ignoras ex
1. Timo. 3. &. 5. preſſe a Paulo mētionem fieri de
Iac. 5. Epis, Presbyteris, & Diaconis,
Mar. 6. de vnctione infirmorũ a Iacobo,
Act. 8. Math. 19. atq; etiam a Marco, de confirmatione a Luca in Actib. Apoſtoloꝝ, de matrimonio a Matthæo, atq; ét a Paulo, tum ad Ephe. tum ad

Theſſaloniceſes, & ad Hebræos.

Non ignoras, credo, q̃ inepte dixerit Carolſtadius veſter ſigna iſta non eſſe diceda ſacramenta, qa in ſcripturis non vocantur ſacraměta, Cuius ſtoliditaté amarulenta vehementia reprehédit duobus cōtra cœleſtes prophetas (vt habet in Teuthonico titulus) libris Lutherus. Tu ex Luthero aliá adducis iniuriá, dum æquas noſtra Iudæorum priſcis ſacris, idq; ex Auguſtino probare cōtendis, ſed recte times, te videri nobis parum candide Auguſtinianá interpretari ſententiam. Nam & is locus qué citas, tuam refellit ſententiam. Quia Auguſtinus ibi ſic ait, Sacramenta nouæ legis ſalubriora & feliciora ſunt his quæ in veteri lege, eo, quod illa promittant, hæc dent. Ecce aperte dicit noſtra ſalubriora, & feliciora quia dant, illa vero promittunt.

Sacraměta nouę legis meliora, q̃ vet.

Quis autem non videt, melius eſ ſe dare, q̃ promittere? Iuxta illud Ouidii. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Cæterum in alio, quē citas loco, hoc eſt in .xlv. tractatu ſuper Ioannem, dicit quidem illa Chriſtum venturum ſignificaſſe, noſtra vero exhibitum, & iam veniſſe, recitat & Apoſtoli ad Corinthios verba q̃ citas, & mox addit hæc verba, mare rubrum ſignificat baptiſmum, Moyſes ductor per mare rubrum, ſignificat Chriſtũ, populus tranſiens ſignificat fideles &c. Sed nuſq̃ dicit, quod tu dicis æquari virtute aut ſanctitate vetera ſacramenta noſtris. Nec te puto tam inſanum, vt tam ſanctum dicas mare rubrum, q̃ eſt baptiſmus, aut Moyſen æqualem Chriſto, aut populum illum toties dubitantem ac murmurantem parē in ſanctitate fidelibus in Chriſto

baptizatis & ſanctificatis.

Quid multis opus eſt? Certe in tertio quem citas loco, id eſt, in xix. libro contra Fauſtum, apertiſſime noſtram tuetur contra te ſententiam, Sic enim ait. In nullum nomen religionis, ſeu verum, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorũ, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur. Quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum. Et ideo contempta ſacrilegos facit, impie quippe cõtemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas. Et infra. Proinde (inquit) prima ſacramenta, quæ obſeruabantur, & celebrabantur ex lege, prænunciatiua erant Chriſti venturi, quæ cũ ſuo aduentu Chriſtus ĩpleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta. Nõ enim venit legem ſoluere ſed adimplere. Et alia ſunt inſtituta, virtute maio

Verba Augu. de ſacramentis cap. 11.

Cap. 13.

ra, vtilitate meliora, actu facilio-
ra, numero pautiora &c. Ecce ap-
te ait Aug. ꝙ vis ſacramentorum
contempta ſacrilegos facit, ait eã
impie contemni, ait noſtra ſacra-
menta & virtute maiora, & vtili-
tate meliora eſſe prioribus.

Qua tu igitur fronte, o Bullin-
ger, dicis. Noluiſſe eũ noſtris ma-
iorem vim tribuere, quaſi ipſa cõ
ferant gratiam, cum dicat expreſ
ſe, noſtra eſſe virtutẽ maiora? Nõ
negamus per Chriſtum dari gra-
tiam, ſed hinc non ſequitur, non
dari gratiã per ſacramenta. Quia
Chriſtus per ſacramẽta operatur
in nobis gratiam, tanq̃ agens &
cauſa principalis, ſicut ſcriptum
Io.1. eſt. Hic eſt qui baptizat, Baptiſ-
1.Pet.3. mus autem ſaluat (vt ait Petrus)
& dat gratiam, vt cauſa inſtru-
mentalis.

Nec multo minori obiicis no-
bis impudentia, vnam Cypriani

alteram Auguſtini epiſtolá, cum vix alia ſit vllius ſanctorum Patrum epiſtola, quæ apertius tuis aduerſetur opinionibus. Quot enim euomis cauillos, & calũnias aduerſus noſtrá in Miſſa oblationem & ſacrificium? At in illa ſua Cyprianus epiſtola creberrime facit de eo mentionem, doctiſſime illud ex ſcripturis aſſerens. Reiicis item Conciliorũ autoritatem, & Eccleſiæ vſum antiquũ in multis, vtrũq; vero clariſſime approbat in ſua, quá citas, epiſtola S. Auguſt. ſic enim ait. Primo itaq; tenere te volo, quod eſt huius diſputationis caput, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut ipſe in Euangelio loquitur, leui iugo ſuo vos ſubdidiſſe & ſarcinæ leui vnde ſacramẽtis numero paucisſimis, obſeruatione facillimis, ſignificatione pſtantiſſimis, ſocietatem noui populi colligauit. Cõ

Cypr. lib. 2 epiſt. 3. Aug. epiſt. 118.

tra hanc eius ſententiã ( quam & ſupra ex aliis eiuſdẽ locis a te citatis recitauimus ) tu vetera ſacramenta nouis adæquas, idq; adeo ſecure facis, vt putes neminẽ hac tua opinione offendi.

Aug. ſententia contra Lutheranos.

Deinde ait ibidẽ Augu. ſic. Illa aũt, quæ nõ ſcripta ſed tradita cuſtodimus quæ quidẽ toto terrarũ orbe obſeruãt, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Cõciliis ( quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima autoritas ) cõmendata atq; ſtatuta retineri, & infra. Similiter etiã ſi quid (inquit) horũ tota die per orbem frequentat Eccleſia, hoc quin ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Hic facile colliges Bullinger, inſanos eſſe omnes, q miſſam abrogant & noui Teſtamenti ſacrificium eſſe negant. Eã enim per totum orbem frequentat Eccleſia. Te tamen præ cæteris plæriſq; cõ

plicibus tuis in hoc laudauerim, quod candidius citas Doctores, tum quod integrius recitas, tum quod certa eorũ adſignas loca, q̃ ab aliis maligne obticenť, quaſi ſatis ſit nomen Auguſtini aut Hieronymi allegaſſe. Cũ illi tã multa & magna ſcripſerint volumina.

## De Legibus Politicis. CAPVT. VIII.

TV leges humanas in tria genera diſtiguis, nempe in Politicas, Eccleſiaſticas, & humanas prorſus, Politicæ (inquis) inſtituunt rempublicam, & præcipiunt de æquitate, iuſtitia, tranquillitate publica, de iure & obedientia, Cuiuſmodi ſunt leges Cæſareæ, Principum vel Vrbium. De quibus allegas illud Petri Apoſtoli. 1.Pet.2. Subditi eſtote cuiuis humanæ cõſtitutioni, propter dominum. Nõ diſputo hic de noua tranſlatione

tua, quod cōſtitutionē ponis hic, vbi Græci Ctiſen, latini noſtri creaturam ponunt, a quibus neq; Eraſmus Roterodamus (cui tu alioqui tam multa honorifice tribuis, licet eũ in ſectas veſtras nũ- q̃ pertrahere potueritis) diſſentit.

Seditioſa ſcripta ɔtra leges Imp.

Sed de legum politicarũ obedientia potius tecum agam, & q- dem amice ac ſynceriter, Laudo ſane, q; non probas ſeditioſa ſcripta Suermerorũ, quorum alii ſolo Euangelio volunt Chriſtianos regi in Repub. alii vero ſecũdum leges a Moyſe traditas. Etenim ex ſepticipite Luthero facile colligere poteris has tuæ ſentẽtiæ contrarias voces. Nos (inquit) Chriſtiani liberi ſumus, ab omnibus omniũ hominum legibus exempti, libertate Chriſtiana p baptiſmum nobis donata. Item. Nulla eſt ergo remedii ſpes, niſi reuocato libertatis Euangelio, ſecũdum

Septiceps Luth. c. 13. & 14.

In captiui. Babyl.

ipſum, exu[illegible]ctis ſemel omnibus omnium hominũ legibus, omnia iudicemus, & regamus, amẽ. Itẽ. Ferunt, nullum eſſe regimen ſecu- lare vſq̃ pulchrius, q̃ apud Tur- cam, qui tamen neq; Canonicum neq; Ciuile ius habet, ſed ſolum- modo ſuum Alcoranum. Nos au- tem fateri oportet, nuſq̃ eſſe turpi us regimẽ q̃ apud nos per ius Ca- nonicum & Ciuile. Item. Scriptu ra Diabolo ſpeciale nomen dat, vocans eum hebraice Leuiathan, hoc eſt, additorem, qui plus ad- dit q̃ oportet. Omnes igitur, qui humanas leges diuinis ſupperad dunt, certiſſime ſunt inimici Dei, & Leuiathan Apoſtoli, & qui eas acceptauerint, aut ſeruauerint, di ſcipuli ſunt Leuiathan. Hæc re- citata ſint, exempli gratia, ex tri- bus dumtaxat, ante viginti an- nos æditis libellis Lutheri, quem tu ſero iam laudas, ac magna

In lib. ad nobilitatẽ Germa.

In lib. ad fran. de cõ feſſione.

De Canonicæ ſcripturæ,
prudentia & æquitate vſum eſſe
affirmas, licet nō ignores, quid
de eo tandem ſenſerint præcipui
amici & præceptores tui Zuingli
us & Oecolampadius.

Id vero nō laudauerim, ꝙ Lu
therus & Philippus eius, tu quo-
que hic, multo plus tribuitis Po-
liticis quam Conſtitutionibus &
Decretis Rom. Pontificum atque
Prouer. 16 & 24. Generalium Cōciliorum. His .n.
facitis prorſus contemptibiles ve
lut traditiōes prorſus humanas.
Has vero ſacro ſanctas, tanquam
ex ore Dei prolatas. Et allegatis
ad cōfirmandā hanc adulationē
veſtrā duos ex prouerbiis locos,
Quorū vnus ſic habet, Diuinatio
in labiis regis, Alter ſic, Time do
minum fili mi & regem, & cū de-
tractoribus non cōmiſcearis. Ita
quidē allegāt in Viſitatione ſaxo
nica Lutherus & Philippus eius.
Tu tamen rectius ac moderatius
hic dicis

hic dicis, Eas eſſe optimas ac maxime diuturnas leges, quæ quam proxime ad mentẽ numinis accedũt, & cum hac nõ diſſentiunt, hoc eſt, quæ nõ pugnant cũ veritate religionis Chriſtianæ. Nam ſi rem iniquã & cũ religione noſtra pugnantem p̃cipiat Rex vel Magiſtratus q̃libet, pius legi iniquæ neq; ſilet neq; obtẽperat. Habemus (inquis) huius ſanctæ inobedientiæ plurima in ſacris exẽpla; maxime in Daniele & ſociis eius, in prophetis, Apoſtolis & Martyribus nr̃is. Hæc ego, Bulliger, dicta tua, & id genus alia, q̃cunq; ſunt vera, pudica, iuſta, ſancta, amabilia, libẽter amplector, approbo, & cõgratulor tibi, Vtinã omnia tua ſic approbari poſſent, Nullo.n. aduerſũ te ſiniſtro aut amarulẽto ducor affectu. Propter vnã veritatẽ & fidẽ Catholicã (pro qua & mori paratus sũ)

De Canonicæ ſcripturæ,
hanc tecum in eo litem, nec aliud
opto niſi vt vbiq; præualeat ac
vincat veritas.

Si enim laudabiliter dixit Ariſtoteles, Socrates amicus, Plato amic', maior amica veritas, Quāto nos iuſtius debemus in vnā intendere veritatē, propter eū q dixit, Ego ſum via veritas & vita?
Ioā.14.
Nō inuideo tibi linguaꝶ peritiā, nō ingeniū, nō eruditionem, non alia quæcūq; naturæ aut fortunæ bona, De ſola fidei & religiōis Catholicæ veritate mihi tecū eſt cōtentio, quia non vane arbitror eā a te in plurimis, ꝑter cauſam, iniuſte violari: Quāq̄ hic longe rectius ſentire videris q̄ ſentiunt plæriq; cōplices tui, Mihi certe ſemꝑ abſurda viſa eſt eorū doctrina, q Cæſarū, etiā Ethnicoꝶ, leges pro diuinis habent, Pontificum vero Roma. & Concilioꝶ, etiā ſanctiſſimoꝶ decreta prorſus pro huma-

nis, & reiiciendis habéda cenſuerunt. Cum ſcriptum ſit. Ne des alienis honoré tuum. Item. Laus eius in Eccleſia ſanctorum. Prouer. 5. Pſal. 149.

Verumtamé per hæc bonis, ac piis Imperatorū, aut Regum, etiā Ethnicorum, legibus nolim derogatū eſſe, ſciens illud Iacobi, Omne datum optimū, & omne donum pfectum deſurſum eſt, deſcédens a patre luminū. Et illud Sapientiæ. Per me reges regnant, & legū conditores iuſta decernunt. Qualc eſt apud Danielé Darii Decretū, vt oés, qui in vniuerſo eius erāt īperio, & regno, tremiſcerét, ac pauerét Deū Danielis. Et illud Artaxerxis ad Eſdrā. A me (inqt) decretū eſt, vt cuicunq; placuerit in regno meo, de populo Iſrael, & de ſacerdotibus eius, & de leuitis, ire in Hieruſalem, tecum vadat. Quale eſt & illud Aureliani Imperato. Romani, licet Ethnici,

Bonæ quædā Leges Regum & Imp. etiam Gentiliū.

Prouer. 8.

Dan. 6.

1. Eſdre. 7.

In hiſto.Ec cleſ. lib.7. cap.26. quod in hiſtoria Eccleſiaſtica recenſet Euſebius Cæſarieſis, decretum aduerſus Paulũ ſamoſatenũ, Patriarchã Antiochenũ, qui propter hæreſim ab Epiſcopoꝝ ſynodo cõdemnatus, nolebat alteri ei ſurrogato e domo Epiſcopali cedere, Præcepit ergo Impator, Eccleſiæ domũ tradi iis, quibus Italiæ ſacerdotes & Ro. Epiſcopus ſcriberent. Et ita p̃dictus Paulus ad cæterea mala etiam hoc dedecoris acquiſiuit vt manu publica ab Eccleſia pelleretur.

Secundum leges Imp. tenemur Papæ obedire. Vos igitur videritis, quicunq; nũc Rom. Epiſcopo & Petri ſucceſſori maledicitis, ac ipia rebellione ſeperationẽ ab eo facitis, an nõ ſitis rei omniũ animarũ, quæ in ſectis veſtris in æternũ pereũt, Rom.13. atq; ẽt veſtrã acquiritis dãnationẽ, eo ꝙ Imperiali poteſtati reſiſtitis, Quæ multis legibus publice ſtatuit. Rom. Epiſcopo i fide oẽs

cõſentire debere. Sic.n. habet lex vna triũ Auguſtorũ, Gratiani, Valentiniani & Theodoſii. Cunctos populos, quos Clemẽtiæ noſtræ regit Imperiũ, in ea volumus religione verſari, quã diuinũ Petrũ Apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio vſq; adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quãq; pontificem Damaſum ſeq claret. Et infra. Hãc legem ſequentes, Chriſtianorum Catholicorũ nomẽ iubemus amplecti. Reliquos vero demẽtes veſanoſq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina primũ vindicta, poſt etiã animi noſtri, quẽ ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectẽdos. Hæc illi, Poſt quos & alii cõſimiles cõſtituerunt leges cõtra diuerſos hæreticos, vt eſt videre in Codice legũ ſub titulo de hæreticis. Quas referre longum foret. C.de sũma Trini. L.1.

Ego breuitatis gratia vnius Iu-

Lex Iuſtiniani Ibidē L. Nos reddentes.

ſtiniani legem ex eodem libro vnam ad Ioannem Papam adhuc addam, ſi forte tuam permouere poſſit conſcientiam, ad agnoſcendum grauiſſimum defectionis & rebellionis crimen, atq; peccatū, atq; ad ſalubriter cogitādū vnde excideris, vt agas pœnitētiā. Lex ea igiẽ ſic habet. Nos reddētes honorem Apoſt. Sedi, & veſtræ Sanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, vt decet, patrē honorantes veſtrā Beatitudinem, oīa quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiā deferre veſtræ Sanctitatis, Quoniā ſemper nobis fuit magnū ſtudiū, vnitatē veſtræ Apoſt. Sedis, & ſtatum Sanctarū Dei Eccleſiarū cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incōmote permanet, nulla intercidente contrarietate. Ideoq; oēs ſacerdotes vniuerſi Oriētalis tractus & ſubiicere, & vnire Sedi ve

ſtræ Sanctitatis properauimus, q̇ caput eſt omniũ ſanctarum Eccleſiarum. Hæc Iuſtinianus Imp.

Quam multæ vero grauesq́ꝫ & ſeueræ ſint Imperatorũ leges aduerſus vos omnes, qcunq́ꝫ hodie tam enormiter, ac barbarice contra oẽs catholicæ religionis noſtræ ritus, & cõtra oĩa ſacramenta, & ſacra antiquæ pietatis Chriſtianæ pleno ĩpietatis furore peccantes, in deſpectũ Ro. Pont. maligne perpetratis, ſciunt probe Iuriſconſulti, Et ego ex iis bonam partem ſub diuerſis titulis cõmemoraui Auguſtæ in Comitiis Anno Domini. 1530. ſub Imperatore noſtro Carolo Quinto ſemper Auguſto æditis, in libello cuius inſcriptio eſt Cenſura Triplex, Aduerſus quem hactenus nemo veſtrum (quod ſciam) reſpondet, Rei igitur eſt is (quod dolenter dico) æternæ iuxta Pau-

li ſententiam damnationis, quã diu in hac veſtra rebellione perſiſtentes, Imperialis poteſtatis legibus aduerſamini, & per hoc Dei quoq; ordinationi reſiſtitis.

## De Traditionibus Eccleſiaſticis.
## CAPVT. IX.

Verba Bullingeri.

ECcleſiaſticas autem traditiones eas vis intelligi, Bullinger, quæ e verbo Dei petitæ, & ꝓ ratione temporum & locorũ ordinatæ, in Eccleſia a populo Dei agnoſcunt ac recipiunt. Quas nõ vis dici humanas, quod nõ inuẽtæ & promulgatæ ſint hominum arte & ingenio, ſed diuino e ſcripturis dei ſpiritu, Receptæ autem & obſeruatæ a sãcta Dei Eccleſia, approbas ẽt eorũ diſtinctionẽ, q duplicia domini ꝑcepta ac verba ponunt, alia quidẽ ſcripta & literis expreſſa, alia vero non ſcripta ſed ex mente Dei ſecundũ regulã

verbi Dei deducta. Adducis itaq; exempla, primũ de ritibus quos circa baptiſmũ & circa cœnã domini obſeruatis. Deinde affers, q̃dã a Paulo Apoſtolo tradita. Poſtea & eas adnumeras cõſtitutiones quæ ſunt de feriis, de cõcionibus ſacris, de p̃cibus publicis &c. Hæc ſatis modeſte a te dicuntur, & in verbis ſpeciem pietatis habere videntur.

At re ipſa & in practica veſtrarum Eccleſiarũ longe aliter ſe habet. Nã optimas & antiquiſſimas traditiones, quas Eccleſia M. D. annis in publico vſu & perpetua conſuetudine habuit, abiicitis, & nouas ſubornatis, non ex ſcripturis, ſed ex propriis capitũ veſtrorum figmẽtis deductas, verbi gratia, circa baptizandi ritum omittitis veteres Exorciſmos, vnctionem chriſmatis & olei ſancti, fontis baptiſmalis benedictioné atq;

Improba veterũ traditionem mutatio.

De Canonicæ ſcripturæ, inunctionem, ſalis conſecrationē & vſum, luti ex ſputo ad aures baptizandi applicationem, & id genus alias pias obſeruationes, quibus tot ſeculis catholica per orbē Eccleſia conſtanter vſa eſt.

Sic & circa ritū Euchariſtiæ cōſecrādæ & ſumendæ ſacratiſſimas pariter, & antiquiſſimas reiicitis ceremonias, q̄bus per vniuerſum orbē in miſſa vſi ſunt catholici Sacerdotes, & nouas irreligioſa petulātia excogitatis vnuſquiſq; ſm̄ caput ſuum. De q̄bus & magnæ inter vos ortæ ſunt cōtētiones & ſectarū diſſidia, & magnæ propter ipſarū variā mutationē, ac diuerſitatem in populis cōturbationes & ſcādala, quemadmodum & tu ipſe recte dicis hic. Neminē eſſe, qui nō videat, quantū inde turbarum, quanta conſciſio in Eccleſia Chriſti orireť, q̄ deniq; turbaretur ordo omnis, & charitas ſolueret

Chriſtiana, ſi talia qlibet pro ſuo arbitrio volueret & reuolueret, ſeruaret, aut negligeret. Recte quoq; contra hmōi nouitates cōcludis, quod nō ſint aſpernandæ protinus oēs traditiones Eccleſiaſticæ ob id, quod de verbo ad verbum in ſacris literis non inueniuntur.

Iniuſtiſſime igitur reiicitis miſſam, ſacrū Canonē, ſignacula crucis, ſacrata vaſa, & ornamenta, q̄ ad honorē, & reuerentiā tanti ſacramenti pia mater Eccleſia ſancte inſtituit, totq; ſeculis per totū orbē cōtinuo vſu approbauit. At dices forſitā, hæc noſtra in ſacris literis de verbo ad verbū non inueniri. Hanc vero cauſationem tu ipſe iam reprobaſti. Si autem dixeris, i. e deduci quidem poſſe talia ex ſacris literis, nos id maxime inficiamur, & contrariū ex libris noſtris oſtendimus. Quot enim ſcripturarū locos pro aſſerē

Miſſa impie abolet

De Canonicæ ſcripturæ, do Miſſæ ſacrificio, ex vtroq; Teſtamento, cõtra vos, in medium adduxerunt doctiſſimi viri, Epiſcopus Roffenſis in Anglia, Iodocus Clichtouæus in Gallia, Albertus Pius in Italia, Albertus Pighius in Brabantia, Ioannes Eckius in Bauaria, Alfonſus in Hiſpania, aliiq; permulti, quos cõmemorare oẽs longũ foret. Quandoquidẽ & clariſſime per orbẽ Vniuerſitates, Pariſienſis, Louanienſis, Colonienſis aliæq; nõ paucæ p ſuos Theologos ſententialiter veſtros de his errores condemnauerunt. Et ego omnium minimus, in plæriſq; libellis Teuthonice ſcriptis ac euulgatis itidẽ feci, cõtra quos neminem veſtrũ reſpondiſſe vidi, ne audiui quidem. Quòd ſi me ſuperbe contẽnitis omnes, velut nimis ignobilem & indoctũ, facile quidem ferã contemptũ mei dũmodo ad aliorum clariſſimorum

reſpondeatis ſcripta virorum.

Interim tamẽ in faciem tibi di-ctum volo, me ſic cõfidere in domino, vt per gratiã eius poſſim pro ſacrificio Miſſæ multo plures in mediũ afferre ſcripturarũ locos, quàm tu aut vllus complicũ tuorum poſſit ex ſcripturis probare, quod tres in vna ſimpliciſſima deitatis eſſentia ſeu natura debeant dici tres perſonæ, potius quàm tres viri, vel quod verbũ illud, de quo Ioannes ait. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: debeat dici hypoſtaſis aut perſona potius quàm ſubſtãtia aut eſſentia. Et ſtipulatũ iam volo iter te & me, quod denos ſim (Deo bene aſpirante ac iuuante) ex ſcripturis locos pro ſacrificio miſſæ prolaturus, quoties tu ſingulos pro iſta huius vocabuli perſonæ acceptione (qua nobiſcum recte credis tres dici perſonas in vna diui-

Miſſam ex ſcripturis probari & dedud.

nitatis eſſentia, & verbũ æternum vere pſonam eſſe) ex Canonicis ſcripturis attuleris. Cum igitur recte, ac pie credas nobiſcũ tres in vno Deo pſonas, non autem tres Deos, aut dños, & æternũ patris verbũ vnam pſonam, eamq; patri cõſubſtantialem, & coæqualem. Idq; facias ex Eccleſiæ autoritate & fide potius, q̃ ex vllis ſcripturæ locis, de tã ſublimibus articulis expreſſe de verbo ad verbum atteſtantibus, nunq̃ poteris veſtrã excuſare impietatem, quod non pari ratione nobiſcum & cum vniuerſa per orbem Chriſti eccleſia credere dignamini, Miſſam vere ac recte dici & eſſe ſacrificium.

Hæc de ritibus non ſcriptis expreſſe circa baptiſmum & euchariſtiam obiter dicta ſint.

Quæ vero ex Apoſtolo Paulo affers, rectius dicis. Miror equidẽ te his vti hic exẽplis, cũ loquaris

de iis pcipue, quæ in Canonicis, aut ſacris libris de verbo ad verbum nō ſunt expreſſa. Quid igit? Nunqd Pauli Apoſtoli epiſtolæ inter canonica ſcripta cōnumerari non debent? Abſit. Cum igit de veládis mulieribus in téplo, clariſſima Pauli verba héant in priore ad Corinthios epl'a expreſſe, cur ea refers inter eas traditiões, q̃ in ſacris expreſſe nō habentur? 1. Cor. 11.

Ergo circa hunc ſaltem Pauli locum deberes merito conſiderare & humiliter agnoſcere, q̃ magni facienda nobis ſit vbiq; Eccleſiæ per Spiritumſanctum autoritas. Ecce enim Paulus ibi expreſſe in Canonica ſcriptura ſua multis rationibus, atq; etiam ſcripturæ ſanctæ autoritatibus probat, velato eſſe capite debere mulieres, dum orant, aut prophetant, Attamen apud nos Germanos (qui per intemperatas Lex Pauli de velando capite mulieris.

iactantias veſtras plus cæteris nationibus nunc in fide ſapere volumus q̃ ſapiunt reliquæ Nationes Catholicæ, & in fide Chriſti lōge antiquiores nobis) Virgines (q̃ vtiq; ad muliebrem nō ad virilē ſexū pertinent) non ſunt in templis, dum orant, velato capite. Qua igitur ratione aut ſcriptura eas, dū ſic faciunt) a peccato mortali excuſabis, qui Eccleſiæ autoritati tam parum tribuis?

Contentio de vtraque ſpecie ſacramenti.

Vane ac ſupbe cōtenditis nūc omnes, quotquot a Ro. Eccleſia duce Luthero deficitis, grauiter peccare nos, q; Laicis nō porrigimus Euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie, Cum aperte (quod nos vtiq; negamus) in Euangelio p̄ceptū ſit, vt laicis vtrāq; demus. At multo apertius atq; expreſſius p̄cipit, atq; etiam ex antiquioribus ꝓbat ſcripturis Apoſtolus Paulus, vt mulieres, dum orant, velato ſint

capite, Cur igitur hoc veniale ac diſpēſabile facitis, illud vero mortale atq; irremiſſibile peccatū, cū tamen de laicis ſub vtraq; ſpecie cōmunicādis expreſſe nihil in ſcripturis habeatis, De velandis vero mulieribus, dum orant, expreſſum & multis rationibus atq; etiā ſcripturis confirmatum habeatis Pauli Apoſtoli mandatum?

Nec valet eluſio, ſi dicas, Virgines nō eſſe mulieres, Quia Paulus ibi de ſexuū differentia loquitur, non de corruptis & incorruptis, Et S. Hieronymus ex multis ſcripturæ locis contrā antiquos hæreticos ꝓbat, Virgines quoq; in ſcripturis mulieres dici. Id q̄d manifeſtiſſimū eſt, de Eua in Paradiſo, & Dei genitrice ſub cruce domini ſtante. De Eua enim adhuc virgine ait ſcriptura. Et ædificauit dominus Deus coſtā, quā tulerat de Adam, in mulierē. Itē. Mu

Hier. cōtra Heluidiū, Vigil. & Ioui.

Gen. 2. & 5

lier, quã dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno & comedi. Similiter & de virgine virginũ profert Euangeliũ atq; etiam Paulus teſtimonia, ꝙ dicta eſt mulier, Nã ipſemet dominus ad eã dixit, Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondũ venit hora mea. Itẽ: Mulier, ecce filius tuus. Sic & Paulus ait, Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuũ, factum ex muliere, factum ſub lege. Deſinite ergo aliquãdo (rogo) cõtra Eccleſiæ autoritatẽ de ſcripturis vane proteruire, hoc enim ſaluti animarũ veſtrarũ nõ expediet, Quia ſcriptũ eſt: Ne dimittas legẽ matris tuæ. Cæterũ, ꝙ conſtitutiones Eccleſiæ de feriis ſeruãdas eſſe affirmas, licet in ſacris literis expſſæ non ſint, laudo quidem & approbo, ſed video vobis haud iniuſte obiici poſſe illud Chriſti de Phariſæis & ſcribis in Euangelio. Di

Ioan. 2. & 19

Gal. 4.

Pro. 1. & 6

Violatio feſtorum

Matth. 23

cunt & non faciunt. Video quip-
pe, magno apud nos Catholico-
rum ſcandalo & offenſione viola
ri a ſectarũ veſtrarũ populis cele
bria feſta dei Genitricis, Apoſto-
lorũq; & Martyrũ atq; Confeſſo-
rũ quorundã. Quinimmo & Aſcẽ
ſionis domini feſtũ (quod nobis
Catholicis iuxta antiquam Eccle
ſiæ obſeruationẽ merito celeber-
rimũ habet) in ſectis veſtris vili-
bus ac ſeruilibus prophanat la-
boribus. Celebratis quidem dies
dominicos & quædã feſta Chri-
ſti abſtinentes in iis a ſeruili ope-
re, ſicut & nos facimus, Sed libẽ-
ter ex te audire velim, q̃bus nã ex
ſcripturis deduci queat, Diem
dñicũ potiusq̃ ſabbatũ, & Diẽ Na
tiuitatis, potiusq̃ Aſcenſionis dñi
feriãdũ eſſe. Proba nobis quæſo,
ſemel tuũ in iis magiſteriũ, q tam
alte ſupra Papã & omnia Conci-
lia ſapis apud temetipſum.

## De Conſtitutionibus humanis. CAPVT. X.

Verba Bullingeri de Traditionibus humanis.

TV magno ſuperbiæ faſtu ac ſupercilio, & autoritate pluſ q̃ Papali in corde tuo, ſtatuis ac definis, quæ nã traditiones dicendæ ſint humanæ, Humanæ (inquis) traditiones reuera illæ ſũt, quæ ab hominibus & contra ſcripturam & ſine ſcriptura, vel bona aut ſtulta potius intentione ac ſuperſtitione, vel alio quopiã affectu humano prauoq́ʒ, natæ conditæ atqʒ cõfirmatæ ſunt. Cuiuſmodi ſunt (ais) leges Papiſticæ variæ & innumeræ, de Purgatorio & Purgatorianis animabus, De expiationibus, ſatisfactionibus & Miſſarum nundinatione, De idulgentiis & Anniuerſariis, De legationibus & empticiis p̃cibus, De cantu & neſcio quibus (vt contéptim loqueris) horis Canonicis,

De ſacramentorum iuſtificatione & gratia, de merito cultu & veneratione ſanctorum, De Idolis, pictura, anathematis, donis & votis, de cõſecrationibus variis, de primatu Papæ, plenaria poteſtate ſedis Romanæ, de Cardinaliũ iſtitutione. Monachiſmo, & quæcunq; fere præcipiunt vaniſſimæ Decretales.

Hæc tua eſt definitio, Bullinger, & magiſtralis determinatio, quæ profecto nihil aliud eſt q̃ traditio humana, qualem tu definis. Nã & contra ſcripturã & ſine ſcriptura, ex prauo humani cordis affectu, a te poſita eſt, Etenim cõtra ſcripturam eſt, quæ te iubet audire Eccleſiam, ſubditum eſſe ſublimiori poteſtati, ac tuo ſubiacere præpoſito. Hæc aũt tua determinatio contra Eccleſiam eſt Catholicam, contra ſublimioré quoque poteſtatem tam imperialem q̃ Pa

Reprobatio.

Matth. 18.
Ro. 13.
Heb. 13.

palem, & contra ꝑpoſitum tibi a Deo Epiſcopum ſiue Conſtantienſem ſiue Curienſem aut Sedonenſem, Loci ordinariũ, in cuius Diocœſi tã ſuperbe inſurgis Eccleſiã ꝗ Dei Catholicam, contra Pauli Apoſtoli doctrinam, contemnis, iudicas atq; etiam cõdemnas erroris & impietatis, pioſq; & ſimplices Chriſti fideles (propter quos mortuus ipſe eſt) noua hac cenſura tua conturbas.

1.Cor.11. Rom. 14 Prouer. 28

Iudiciũ in eos qui cõturbant fideles Gal. 5.

Merito igitur timeres Dei ſup iiſce peccatis tuis iudicium, ſi nõ veniſſes in profundum delictoꝶ, in quo miſere iaces, velut mortuus a corde & cõtemnis, ſed contemne, vt lubet, nõ cõtẽnet Deus Pauli ſententiam in te tuiq; ſimiles ſiue magiſtros rebellionũ ſiue diſcipulos aut imitatores prolatam, in hæc ſane verba ad Galatas. Qui autem vos cõturbat, portabit iudicium, quicunq; eſt ille.

Ac multo minus contemnet Euã gelicã illã apud Matthæũ Chriſti domini noſtri ſententiã. Quicũq; ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credũt: expedit ei, vt ſuſpendatſ mola aſinaria in col lo eius, & demergatur in profun dum maris. Matth. 18

Si ergo tale iudiciũ erit ei, qui vel vnum ex fidelibus Chriſti in fide ſua cõturbat, ac ſcandalizat, Quale putes iam accepiſſe tuum Zuinglium, qui tam multos pios ac religioſos vtriuſq; ſexus homi nes, apud inclytos Heluetiorum Cantones & populos, nõ ſolum in fide & religione antiqua Eccle ſiæ grauiſſime turbauit ac ſcanda lizauit, verũ etiã peſtilentiſſime re proborũ dogmatũ venenis infe cit, atq; ab vnitate Eccleſiæ in dã natam Lutheri ſectam abduxit, & in nouum & falſificatũ Euãgeliũ (quod ignorauerũt ſancti patres Iudicium dei I Zuin glium

& maiores eorũ) tranſtulit, dũq; id feruentiſſime ageret, nõ ſolum ſcriptis & ſermonibus, verũ etiã vi & manu armata, in nefandorũ conatuum curſu medio repẽte oppreſſus & abſciſus eſt, nõ inſidiis & arte Epiſcoporum (vti tu falſo narras) ſed aperto marte in publico, prælio, manibus fortiſſimorũ ex quinq; Cantonibus virorũ, qui eum in ſtrage inter recens occiſa corpora ſeminecem & adhuc ſpirantem fortuito repertum, traxerunt in iudicium, atq; nõ vt orthodoxum (qualem tu falſo dicis) ſed vt hæreticum atq; ciuilis inter Heluetios belli autorem & incentorem præcipuum vltimo ſupplicio adiudicarunt.

Hunc igitur ſortitus eſt infœlicem & inglorium exitum tuus illæ ſanctæ memoriæ (vt falſo ſcribis) Antiſtes) a ſeipſo natus & ordinatus) Eccleſiæ Tigurinæ, qui

nouo exemplo, contra morem omniũ ſanctorũ Antiſtitũ, arma induere & ad pugnandũ hoſtiliter procedere, pugnamq; inire cõtra Catholicos vicinos ſuos non eſt veritus. De cuius manu requirit nũc inceſſabili (vt credimus) cruciatu apud inferos ſanguinem omnium animarũ (quæ per illum ex Eccleſia in ſectam abſtractæ & ſeductæ in æternam cũ ipſo mortem abierunt) inexorabilis oĩum dãnatorũ Iudex. Hæc p digreſſionem dixerim, nõ vt inſultẽ (optarem enim doctiſſimo & magni ingeniĩ viro fata meliora ſi fieri poſſet) ſed vt te fideliter triſti hoc exẽplo admoneã, ne in veſtigiis eius pertinaciter vſq; in finẽ inhæreas. Intelligis aũt ex iam dictis, iſtam determinationem tuã plane contra ſcripturã eẽ, ſed & ſine ſcriptura eſt. Quũ nullã prorſus adducis ſcripturã in hac definitione tua, p

Ezech. 3. & 33.

De Canonicæ ſcripturæ, quam tibi credẽdum eſſe iure poſtulare poſſis. Quare iuſte ac ſecure concludo, eam non eſſe ex ſcripturis deductã, ſed ex prauo cordis tui affectu natam ac maligne confictam.

Purgatorium ex ſcripturis deduci Sen. li. 4. diſt. 45.

Nullã profecto poteris indicare ſcripturam contra quã ſit Purgatorius ignis. Noſtri autem Doctores tum Eccleſiaſtici, qui ſuper Euangelia & Pauli epiſtolas cõmentati ſunt, tum ſcholaſtici qui ſuper quartum librum ſententiarũ ſcripſerunt, & qui hiſce temporibus contra male renouatas a vobis, Vuiclephi & Huſſitarum hæreſes multa ac varia ediderunt opuſcula, copioſe ſatis & ex ſcripturis Canonicis & ex ſanctorum patrum teſtimoniis Purgatoriũ neceſſario cõfitendum & aſſerendũ eſſe demonſtrarunt. Quod ſi paruitatis meæ quoq; de purgatorio igne libellum (quem ante annos

vndeuiginti, dum in ruſticorum tumultu exularem, Coloniæ ſcripſi germanice) legere dignaberis, Inuenies ibi. xxiiii. locos ex vtroq; Teſtamento ꝑductos, Doctores præterea tum græcos tum latinos in haud paruo numero, eoſq; claſſicos & tantæ apud fideles autoritatis, vt nemo, niſi magnæ ſit impudentiæ atque proteruiæ, eos rationabiliter reiicere queat.

Quod ſi oẽs Catholicos doctores tã veteres q̃ Neotæricos vna cum xxiiii. locis ex Canonica ſcriptura a me productis proterue reieceris, aut vanis cõmentis eluſeris, aut in alienum ſenſum violenter detorſeris. Certe Lutherum tuum (quem in religione vera reſtauranda excellentiſſimũ impudenti vanitate dicis) nullo prætextu honeſte reiiçere poteris. Is autem Purgatorium perſæpe

Lutherus ī declaratõe quorũdaʒ artic. & in diſputatio ne Lipſica & in reſolu lutiõe 95 propoſitio num

tanta cũ certitudine aſſeruit, vt af
firmare auſus fuerit, ſe nõ ſolũ cre
dere ſed & certo ſcire, quod ſit I-
gnis Purgatorius, in quo animæ
ineffabilẽ patiant poenã, noſq; te-
neamur eas iuuare oratiõibus, ie-
iuniis, eleemoſynis & quomodo
cunq; poſſumus. Quid, rogo, re-
ſpondere ad hæc poteris, o Bul-
linger? Si enim hunc quoq; Pur-
gatorii teſtem reieceris, te ipſum
mendatii arguas oportet, qui eũ
in religione vera reſtauranda ex-
cellentiſſimum pronunciaſti.

Quin potius agnoſce ſalubri-
ter, q̃ cæcum ſit tuum de iis omni
bus, q̃ pro traditionibus humanis
habes & reiicis, iudiciũ, dũ mẽs
tua amaro in nos odii affectu ob-
nubilata, verũ a falſo recte diſcer
nere nõ poteſt. Ex ſupradictis .n.
videre poteris, q̃ clare ac copio-
ſe ex ſcripturis deduci queat &
miſſæ ſacrificiũ & ignis Purgato-

rius, quod ſi prolixe nũc agere vellim, de aliis quoq; articulis, quos contra Eccleſiæ autoritaté ſuperbe reiicis, ſimilia producere & affirmare poſſem. Cum igit tu ipſe fatearis, Eccleſiaſticas traditiões, quæ ex ſcripturis deduci queant, nõ eſſe reiiciendas, etiam ſi verbatim (vt ais) non ſunt in ſacris literis expreſſæ, non video equidé, qua æquitatis, aut honeſtatis ratione tã multos & magnos fidei noſtræ articulos, quos per tot retro ſecula omnis per orbem eccleſia Catholica tenuit in perpetuo vſu & cõſuetudiné, reiicere poſſis propter hãc vnam cauſam, quod non reperiuntur de verbo ad verbum in ſcripturis, cum tamen & ex ſcripturis & ex ſanctorum patrum teſtimoniis & ex publica totius Eccleſiæ practica & obſeruatione poſſint manifeſtiſſime deduci, probari, & confirmari, & qui-

dem longe clarius atq; facilius, q̃ poſſunt ea, quæ tu circa Baptiſmũ & circa Euchariſtiam ex ſcripturis deducenda proponis.

Ex quibus quæſo ſcripturis deduces aut probabis, quando baptizatur infans, vt adſint vades q pro eo fide iubeant? Nunquid alius pro alio credit? Aut nunquid fides vnius iuſtificat alium? Scriptum eſt autem. Iuſtus ex fide ſua (nõ ait, ex fide aliena) viuet. Hæc dico, non vt veterẽ Eccleſiæ morem de patrinis ſeu ſuſceptoribus (quos tu nouo more vades appellas) repræhẽdam, abſit, ſed vt tibi oſtendam, q̃ friuola ſit & vane excogitata tua de approbãdis aut reiiciendis Eccleſiæ traditionibus definitio.

Ritus circa baptiſmũ & cœnam domini

Abacuc. 2

Heb. 10

Ex qbus deinde ſcripturis deduces, qđ cœnandũ ſit vobis coram dño in templo publico, non in ſtrato aliquo cœnaculo, tẽpoꝛ

ité matutino nõ veſpertino ? ante alios cibos ſumptos, & nõ a cœna? Vbi prohibet ſcriptura, cœnare in ſtrato cœnaculo? Vbi vetat cœnare tẽpore veſptino? Vbi itẽ ĩterdicit, poſt alios cibos ſũptos cœnare? Si ergo in iiſce obſeruationibus ab Eccleſia traditis, ad maiorẽ Euchariſtiæ venerationẽ & reuerẽtiá, vltro acqeſcis Eccleſiæ autoritati, Cur non acquieſcis eiuſdẽ Eccleſiæ traditionibus in cunctis aliis conſtitutionibus, & obſeruationibus, quas ad ampliãdũ Dei cultũ & honorẽ, atq; ad ĩcitãdum frigidiora corda noſtra ad maiorem deuotionẽ atq; timorem Dei, pie ĩſtituit, ac ſancte tot ſeculis inuiolabiliter ſeruauit?

Non enim poteris nobis indicare vllos ex ſcripturis Canonicis locos, in quibus prohibeãtur nobis, Monachiſmus, Primatus Papæ, Meritum cultus aut vene- *Iniqua rejectio traditionum.*

De Canonicæ ſcripturæ, ratio ſanctorum; Picturæ aut Diuorum imagines; Vota, herbarũ ſaliſq; & aquæ benedictio ſeu cõſecratio in Chriſti nomine facta, horæ Canonicæ, Miſſaꝝ ſolénia, ſacramentorũ iuſtificás gratia & id genus reliqua. Qualia tu ꝑmulta contra omnem ſcripturã & Eccleſiæ autoritaté temere reiicis, tãquam humanas & Deo contrarias traditiones, Cum non ignores, taliũ rerum cultuumq; & obſeruationũ crebram hinc inde in ſcripturis Canonicis prophetarũ & Apoſtolorũ mẽtionem fieri, ſi non paſſim expreſſis verbis, ſalté implicite, iuxta ſanã Eccleſiæ (q̃ veritatis colũna dicit̃) intelligentiã, Neq; tñ deceret, tã antiquos & tot ſæculis ab Eccleſia Catholica receptos & vſitatos ritus & obſeruationes, ſic reiicere, ét ſi nullũ Iota expſſe in ſcripturis Canonicis de eiſdé haberet̃. Ipſa. n. Eccleſia (quã

ſiā (quam & Chriſtus audire iu- Math. 28.
bet, & Paulus colūnam & firma- 1. Tim. 3.
mentū veritatis vocat) per ſeſe di- Io. 14.
gna eſt, cui vel ſiue ſcripturis cre-
di debeat, ſaltem propter Chriſti
(qui eſt ipſamet veritas) promiſ-
ſiones, ei de ſpiritu veritatis fa-
ctas. Quæ te (rogo) ſcriptura iu- Graue peccatum ſcādalorum.
bet, vel contra Eccleſiæ latinæ re-
ceptum vſum ſub vtraqꝫ ſpecie cō-
municare, vel in quadrageſima &
aliis Ieiunii per anni circulū die-
bus veſci ouis & carnibus? Cū nō
ignores, iis eo tempore & huiuſ-
modi diebus veſci eſſe cōtra mo-
rem antiquum patriæ & cōtra le-
gem charitatis, Non enim ſecun-
dum charitatem ambulat, qui pu
ſillos in Chriſtū credentes, ꝓpha
na nouatione conturbat & ſcan-
dalizat, ſicut egregie docet Apo-
ſtolus in epiſtolis ſuis ad Roma- Ro. 14.
nos & ad Corinthios atqꝫ etiā ad 1. Cor. 8.
Galatas. Et inſignem habemus Gal. 5. & 6.

Apoſtolorum & ſeniorum determinationem conſimilis quæſtionis, quæ erat de ſanguine & ſuffocato, A quibus tamẽ neceſſario abſtinẽdum eſſe cenſuerũt primis ex gẽtibus Chriſtianis, ne iis veſcendo cõturbarent aut ſcandalizarẽt fideles ex Iudæis. Sic & Paulus dixit. Si eſca ſcãdalizat fratrẽ meũ, non manducabo carnem in æternum, ne fratrẽ meum ſcandalizẽ.

Quam neceſſaria ſit nobis Eccleſiæ autoritas.

Quod ſi non eſſes induratọ aduerſus Papam & Rom. Eccleſiam animo, agnoſceres vtiq; nobiſcũ, quanta & q̃ neceſſaria nobis ſit in huiuſmodi obſeruationibus, vel inſtituendis, vel tollẽdis, aut mutandis ſanctæ matris Eccleſiæ autoritas, etiam ſi nulla de iis expreſſa ſit in ſcripturis ſententia, Quin etiam pro loco & tempore in quibuſdam, quæ etiam in ſcripturis Canonicis expreſſe habentur, ſuam interponit autoritatem,

ne obligent ad ſemper & vbique. Nunc enim non obligat nos decretum illud Apoſtolorũ de ſanguine & ſuffocato, quod tamen obligabat tunc quando promulgatum fuit. Simile quid dictũ eſt ſupra de velando mulierum capite quando orant. Et non multũ diſſimile eſt illud quoq;, quod ad Ianuarium ex ore S. Ambroſii retulit S. Aug. Dum Romæ ſum, in ſabbato ieiuno, dum Mediolani ſum, non ieiuno.

Act. 15.

Nequaquam igitur conceſſerim tibi, Paulum generaliter huius eſſe quam tu profers ſentẽtiæ, nempe ꝙ omnem exiſtimationẽ auferat cõſtitutionibus humanis, & omnem eis veritatem prorſus adimat, ac tribuat eis mẽdacium per omnia, Vbi ſic ait ad Titũ de Cretenſibus. Quáobrẽ redarguito illos ſeueriter, vt ſani ſint in fide, nõ attendẽtes Iudaicis fabulis, &

Siniſtra Pauli expoſitio.

Ad Tit. 1.

p̄ceptis hominũ auerſantiũ veri-
tatẽ, Tu ex his Pauli verbis mox
elicis, ſed non recte, Paulum ibi
p̄ceptis hominũ ſemel & ſimpli-
citer oẽm adimere veritatẽ, eaq́;
mera eſſe mẽdacia. Hoc certe Pau-
lus minime dicit. Nõ enim dicit,
vel omnes homines eſſe vt Cretẽ-
ſes, vel oẽs homines auerſari ve-
ritatem, vel oẽs homines Iudai-
cis attendere fabulis, vel oẽs ho-
mines duriter aut ſeueriter incre-
pandos aut redarguendos eſſe,
Quin potius laudat Romanos,
laudat Philippẽſes, Coloſſenſes,
Theſſalonicenſes, Timotheum &
plærosq; alios, & nuſquã vniuer-
ſaliter dicit omniũ hominũ man-
data nullã habere in ſe veritatem
aut mera eſſe mẽdacia, ſicut tu di-
cis, Erat & ipſe homo, adeo vt cũ
Act.14. à Lyſtrenſibus pro Deo haberet,
ipſe conciſa tunica reclamauit, di-
cens ſe mortalẽ eſſe, ſimilẽ nobis

hominem. Nunquid igit omnia eius mandata erant mera menda cia? At rectius ait ipſe ad Theſſalo nicenſes ſuos. Cum accepiſſetis a nobis verbum auditus Dei, acce piſtis illud non vt verbum homi num, ſed ſicut vere eſt verbũ Dei. Et rurſus, Qui hæc ſpernit, nõ ho minem ſpernit ſed deũ, qui et de dit ſpiritum ſuum ſanctum in no bis. Sic & Eccleſiæ (cui deus eun dem vtiq; ſpiritum vt promiſerat dedit) mandata de feriis, de ieiu niis, deq; aliis id genus religiõis noſtræ obſeruationibus, non de bent vt hominum mandata, quæ tu mera dicis mendacia, ſperni, ſed potius vt verbũ Dei venera biliter recipi. Qui ipſe dixit, Qui vos audit, me audit. Et q vos ſp nit, me ſpernit, & eũ q me miſit.

Theſſ. 2. & 4.

Io. 14.

Luc. 10.

At dices, ſicut poſt multa cõme moras, ſucceſſoribus Apoſtolorũ nõ eſſe ius condendi leges cõceſ

Calumnia contra ſuc ceſſores Pe tri.

ſum,ſicut Apoſtolis,Quia & in vi
ta & in doctrina longe ſunt infe-
riores Apoſtolis, immo dicis ex
Diametro diſcrepare noſtros Præ
latos ab Apoſtolorum vita & do
ctrina,Ideo & negas eos eſſe Apo
ſtolorū ſucceſſores, idq; facis ver
boſiſſime, Ad q̄ ſane omnia bre-
uiter dixerim,Nos nuſquā æqua-
re Apoſtolis Prælatos noſtros.
Quanquā enumerare poſſumus p
multos in Ro. Eccleſia(quā vos
deſertores nūc maxime, velut o-
mnium peſſimá, criminamini ac
ſeditioſe impieq; oppugnatis)Pe
tri ſucceſſores, qui & vitæ ſancti-
monia & doctrina ſana atq; etiā
miraculis longe lateq; claruerūt,
Neminem tamé ex eis æquamus
Apoſtolorum Principi Petro in
ſpiritusſancti donis, fructibus &
illuſtrationibus.

Affirmamus nihilominus, ean
dem illos habuiſſe atq; adhuc ho

die habere clauiũ poteſtatẽ in illa ſacroſancta ſede quã habuit, dũ in ea ſederet S. Petrus, Chriſtus enim nõ ſoli Petro, ſed & ſucceſſoribus eius, clauium poteſtatem & quidem pleniſſimam (nihil excipiens) tradidit, Ait enim ad Hebræos Paulus, Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & ĩ ſæcula, Et ipẽ dominus, Ero (inquit) vobiſcũ vſq; ad conſumationẽ ſæculi. Itẽ. Alium paracletũ dabit vobis pater, vt maneat vobiſcum in æternum. Non es (credo) tam impudens aut inſanus, vt dicas, ꝙ neſcierit Chriſtus Petrum aliquãdo moriturum eſſe, Cũ prædixerit ei, qua morte clarificaturus eſſet Deum, Non igitur ſoli Petro, ſed & ſucceſſoribus eius dictum voluit, Tibi dabo claues regni cœlorũ, Quodcunq; ſolueris ſuper terrã, Cõfirma fratres tuos, Paſce oues meas &c.

Heb. 13. Matth. 28. Ioã. 14. Ioan. 21. Matth. 16. Luc. 22. Ioan. 21. Ro. 13. 1. Pet. 2. Matth. 23.

Quiſquis igitur tantæ clauium regni cœloꝝ poteſtati reſiſtit, Dei (teſte Paulo) & Chriſti eius ordi nationi reſiſtit, dānationemq́ ſibi acqrit. Docet.n. ipſe Petrus, obediendū eſſe non tm̄ bonis, ſed & diſcolis. Et in Euāgelio ipſe dn̄s ait, Quæ dicūt facite, ſm opera vero eorū nolite facere, Dicūt.n. & non faciūt. Per hæc tn̄ nolim a peccatis excuſatos habere prælatos noſtros, qcunq́ non faciūt ꝙ ſui eſt officii, Ad hoc tm̄ retuli, ꝙ poteſtas clauiū in præſidente aut Pōtifice contemni, aut negari nō debeat, etiā ſi moribus Apoſtolorum vita eius nō reſpondeat, Alioqui nulla foret inter bonos & malos p̄latos differētia. Quam tollere, manifeſte contra Euangelium
Math. 24. &.25. &c. eſt. Chriſtus enim multis in parabolis magnum inter eos diſcrimen facit, quorum hos bonos prudentes, vigilantes, & fideles,

illos malos, pigros, & nequam, atq; inutiles appellat.

De autoritate gñaliũ Concilioꝝ.
## CAPVT XI.

Reprehendis nos ꝑterea, Bullinger, ꝙ generalia Concilia Catholicã Eccleſiam repreſentaſſe credimus, & eorũ canones atq; decreta Eccleſiæ eẽ dicimus. Ego inſuper addere auſim, eiuſmodi Canones & decreta (quæ ab approbatis a Sede Apoſtolica Cõciliis ſunt ædita) dictata eſſe & ab ipſo met Chriſto, in cuius nomine fuerũt congregata, & a ſpiritu eius tanq̃ a Senatore (vt ſic loquar) primæ ſentẽtiæ, iuxta Decretum primi Concilii, in quo dictum eſt. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis.

*Autoritas Concilioꝝ*

*Math. 18. Act. 15.*

Certe ſi abſq; prauo affectu ſincero cũ iudicio legiſſes, aut legeres adhuc ea, q̃ pro autoritate Cõ

*Epiſcopus Roffenſis contra Lutherum.*

ciliorũ,aduerſus xxix.propoſitio nem Lutheri.inter cæteras in Bul la Leonis iudicialiter ac legitime dãnatas,ſcripſit ante xxii. annos doctiſſimus Antiſtes & ſanctiſſi⸗ mus martyr Chriſti Ioãnes Fiſche rus Epiſcopus Roffenſis in An⸗ glia,Rectius vtiq; ſentires ac mo deſtius loquereris de ſynodis Ge neralibusq̃ nunc facis.Etenim cũ Lutheri articulus ,a Leone Papa condemnatus ita haberet. Via no bis facta eſt eneruãdi autoritatem Conciliorũ,& libere contradicẽ⸗ di eorũ geſtis,& iudicãdi eorum decreta.Reſpondit Roffenſis,q̃d nõ poſſit quiſquam articulus hoc vno peſtilentior excogitari. Tol⸗ lit enim(ĩquit)vniuerſum totius Eccl'iæ robur,ſed & animos Chri ſtianorum prorſus incertos red⸗ dit,cui potiſſimũ credere debeãt. Si enim generali Concilio ſecure credi non poſſet,cuius erit autori

tati credendũ? Neq; foret interno ſcendi facultas hæreticum ab Orthodoxo: quũ ille non minori cõſtantia contendat, apud ſe veritatem ſcripturarum eſſe, q̃ orthodoxus apud ſe. Si ergo Ro. Pontificẽ recuſemus, ſi Concilia contemnamus, non ſolum particularia, ſed etiam ipſa plenaria. Quid iam reliquum eſt, niſi vt is præualeat q loquacior fuerit, & cõtentioſior, atq; temerarius magis, & quẽ nõ pudet mendacia pro veriſſimis aſſerere. Hæc vir ille optimus & doctiſſimus, qui non Lutheri ſolum, ſed & Oecolampadii veſtri, errores non paucos eruditiſſime confutauit, contra quem nemo veſtrum tanto tempore ad ſua defendenda quicquam (quod ſciam) edidit.

Scripſi & ego ante annos ſex Teuthonice contra xxx. ppoſitiones Lutheri, quas contra Genera- *Cõtra xxx. propoſitiones Lutheri.*

De Canonicæ ſcripturæ,
lia Vuittembergæ diſputauit, ac
euulgauit Cõcilia, & ad ſingulos
cõfutando reſpondi, & obieci vi-
ciſſim .lxx. cõcluſiones pro Conci
liis ex ſcripturis deductas qn etiã
xxx. teſtimonia irrefragabilia in
qntuplici genere. Vtpote ſex ex ve
teri Teſtamẽto, & totidẽ ex nouo,
ſex itẽ ex legibus Imperatorũ, to-
tidemq; ex Iure Canonico, deniq;
& ex antiquis, ac ſanctis Eccleſiæ
doctoribus ſex, q̃ ſane omnia ad-
huc valide perſiſtũt, nec poterũt
ab vllo iuſte cõfutari. Proinde &
tibi (qui in eadẽ es ſentẽtia & dã-
natione cũ Luthero) ea nũc reſpõ
ſionis vice obiecta eſſe volo.

Calumnia in ſanctos patres.

Cæterũ quod negas, in Conci
liis cõgregari Epiſcopos in nõie
Chriſti, eo q᷑ non cuſtodiãt ver-
bum Chriſti, ſed ſuam q̃rant glo-
riam, impudens ꝑfecto calumnia
eſt in tot retro per M. D. annos
ſanctos patres, qui aduerſus hære

ticos pro ſtabilienda Chriſti fide, aut pro reformando Chriſti clero adaugẽdoq; cultu Dei piiſſime cõgregati fuerũt, nihil prorſus vel cõtra ſcripturas, vel contra Chriſti gloriã ſtatuentes, nec tu contrarium ꝓbabis vnq̃. Quæ eſt igitur cœcitas & impudentia veſtra, vt nudis verboſitatibus veſtris velitis haberi fidẽ, voſq; ab omni in terris iudicio exẽptos iure videri & Generalibus Cõciliis (quibus venerabiliter acqeſcunt, & obedientiam ab oĩbus deberi fatẽtur leges publicæ) per ſeditioſas diſceſſiones veſtras mox omnẽ adimi autoritatem & fidem? Quis hoc pium aut æquum eſſe dicat?

Quid habes quæſo, quod iuſte obiicias planiſſimis verbis S. Auguſtini ex epiſtola priore ad Ianuariũ (quã & tuipſe alicubi citas) vbi ſic ait, Illa autẽ quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, q̃ qui Auguſt.

dem toto terrarum orbe obſeruã-
tur, datur intelligi, vel ab ipſis A-
poſtolis, vel plenariis Conciliis,
quorũ eſt in eccleſia ſaluberrima
autoritas, cõmendata atq; ſtatuta
retineri. An non dicit in eadẽ epi-
ſtola contra hmõi, quin facienda
ſint, diſputare inſolentiſſimam eſ
ſe inſaniam?

Leges Impe. Nec habes quicquam, quod le-
gibus Imperatorum (quibus ipſe
met ſupra parendum eſſe cenſui-
ſti) obiicias de Conciliorum au-
toritate, quarum vnam & alteram
breuiter hic referã, vt ex iis agno
ſcat ſuum aduerſus Concilia pec-
catũ conſcientia tua. Etenim Mar
tianus pius & catholicus Impera
C. de ſum. trl. l. nemo tor, hanc ſtatuit legem in Codice
Imperiali. Iniuriam facit iudicio
Reuerendiſſimæ ſynodi, ſiquis ſe
mel iudicata, ac recte diſpoſita re
uoluere, ac publice diſputare con
tenderit. Ideo in cõtemptores hu

ius legis pœna non deerit. Quia non ſolum contra fidem vere expoſitam venit, ſed etiam Iudæis, & paganis ex huiuſmodi certami ne prophanat venerãda miſteria.

Sic & Iuſtinianus Imperator (cuius ſumma eſt apud Legiſperitos autoritas) expreſſe ſtatuit in Autenticis ſuis, tot iam ſeculis publice receptis, & per totum Romanum Imperium approbatis de Conciliorum Canonibus, & decretis, in hæc verba. Sancimus (inquit) vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ a ſanctis quatuor Conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ (Hoc eſt in Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino primo, & Chalcedonenſi Conciliis) Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas accipimus & regulas ſicut leges obſeruamus. Idem præterea

In Auten. col. 9. conſtitu. 6. in prin.

In authen. col.8. conſti.22 vt cũ de appel.§. ſi quis.

Imperator in alia cõſtitutione, ex hæredationis quoq; pœnã, tanq̃ in hæreticos, decernit in eos, qui nõ ſunt Catholicæ fidei, nec in ſacro ſancta Eccleſia cõmunicãt, in qua oẽs (inquit) beatiſſimi Patriarchæ, vna cõſpiratione & cõcordia fidem rectiſſimã prædicãt, & ſanctas quatuor Synodos, Nicenam, Cõſtantinopolitanã, Epheſinam primã, & Chalcedonenſem amplecti ſeu recitare noſcuntur.

Ex his iã vides, Bullinger, quibus te tuiq; ſimiles mulctis ac pœnis ſubdant publicæ Imperatorũ leges, eo quod quatuor illis primis generalibus Conciliis (ante Iuſtinianũ enim non fuerũt plura in Ro. Imperio generalia, & autentica celebrata Epiſcoporũ Concilia) nõ vultis eſſe ſubditi, Eadem vero eſt ratio de ſubſequentibus quoq; gñalibus Cõciliis, q̃cunq; a Sede Apoſt. fuerunt approbata.

Nam

Nam & ipſe Rom. Pontifex in ſuæ fidei profeſſione promittit, ſe ſancta Octo vniuerſalia Cõcilia, vſq; ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore ac venerationе digna habere. Et quæ pdi cauerunt & ſtatuerunt, modis omnibus ſequi & prædicare, Et q́cunq; condẽnauerunt, ore & corde cõdemnare. Deniq; Damaſus Papa, vir doctiſſimus (ad quem multa obedienter & reuerẽter ſcripſit S. Hieronymus) in te tuique ſimiles Conciliorum contemptores huiuſmodi decreuit ſẽtẽtiã. Violatores Canonum volũtarie (inquit) grauiter a ſanctis patribus iudicantur, & a ſancto ſpiritu ĩſtinctu cuius & dono dictati ſũt, dãnanẽ. Quoniam blaſphæmare ſpiritumſanctum nõ incõgrue videnẽ, qui contra eoſdẽ ſacros Canones, nõ neceſſitate cõpulſi, ſed libenter aut proterue aliq̃d agũt

In Decretis. diſt. 16 c. ſancta Octo.

25, q. 1. c. Violatores.

aut loqui præſumũt aut facere vo ſentibus ſponte conſentiunt.

Luthe. de Conciliis,

Quod ſi tu hæc omnia infrunite contempſeris, nulla profecto fronte contemnere potes Lutheri (quem veræ doctrinæ Chriſtianæ reſtauratorem vocas) de Conciliis teſtimonium. Is autem, cum a doctiſſimo Theologo D. Ioanne Eckio notatus eſſet, ꝙ nihil teneret de Cõciliis generalibus, ita reſpondit. Hunc articulum non eſſe meum, intelligit (credo) quicũq; reſolutiones meas, & Dialogum cõtra Silueſtrum legerit, quando id vnice deploro, ac gemo, nos dignos non eſſe, vt videamus legitimum Concilium. Quinimo & contra tuos amicos Zuinglium & Oecolampadium ſcribens, pro ſubſtantia & veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento, ſic ait. Si diutius ſteterit mundus, iterum erit neceſſariũ

vt propter diuerſas ſcripturæ in-
terpretationes, quæ nunc ſunt, ad
cõſeruandam fidei vnitatem, Con
ciliorum decreta recipiamus, atq;
ad ea confugiamus.

Quod autem impudentiam &
vanitatem eſſe dicis, dum vobis
obiicit, Cõcilia tot ſeculis appro
bata ab vniuerſa eccleſia Chriſti,
nõ potuiſſe tam diu ad veſtra vſq;
hæc tempora errare. Quandoqui
dem & priſca Iſraelis Eccleſia, q̃
dilecta Deo erat, frequenter & cõ
pluribus annis, fœdiſſimis intri-
cata & polluta fuerit erroribus.
Ad hoc ita reſpõderim, Priſcã Iu- Maiores ĩ
dæorum Eccleſiam non habuiſſe noua lege,
tá magnas & gratioſas Dei ꝓmiſ- q̃ in vet. ꝓ
ſiones, q̃ habet Catholica Chriſti miſsiones.
Eccleſia, cui dixit, Ero vobiſcum Math. 28.
omnibus diebus vſque ad conſu-
mationem ſeculi. Item: Pater mit- Io. 14.
tet vobis alium Paracletum, vt
maneat vobiſcum in æternum

1.Ioan.4. ſpiritum veritatis, Ille vos doce-
bit omnia, & ſuggeret vobis oīa
quæcunq; dixero vobis. Si ergo
Chriſtus via eſt & veritas, quomo
do a vero tot ſeculis aberrauit Ec
cleſia, quæ in Chriſto per charita
Ephe.5. tem ſemper fuit, & Chriſtus in ea?
Quomodo eam ſemper dilexit, ſi
eam tot ſæculis neglexit, & errare
permiſit? Nunqđ tam multis an-
norū reuolutionibus ſpiritus ve-
ritatis in ea ocioſus fuit, & a nul-
lo tot errorū, quos ei falſó & ma
ligne īproperas, ipſam liberauit,
nec de veritate recte inſtruxit?

Quod aūt tu illa verba Chriſti.
Docebit vos omnia, retorques cō
tra Conciliorum decreta, quibus
minime ſit opus, quia omnia ab
Apoſtolis nobis tradita ſint & in
ſcripturis cōpræhenſa, Vana pro
fecto eſt hæc tua contentio, ac tæ-
dioſa tot vicibus repetita verboſi
tas, quæ ſupra iam dudū tot exē-

plis traditionum nõ ſcriptarum, Pauliq; & ſanctorum patrum dictis cõfutata eſt, vt alia hic reſpõſione non ſit opus.

## De Ro: Pontificum Decretis & Conſtitutionibus.
## CAPVT. XII.

DE poteſtate Papæ ampliſſime tractauerunt plæriq; doctiſſimi tum Canoniſtæ tũ Theologi, eo præſertim tempore, quãdo graue ac ſcandaloſum erat diſſidium inter Papã Eugeniũ IIII. & Concilium Baſilienſe, atq; etiã antea, quando diſſidebant ab inuicem Ro. Pontifices & Ro. Imperatores, qui erant Germani, Henrici, Friderici, Ludouici, Et acriter quidem ſacroſanctum illã poteſtatem impugnauerunt ingenioſi quidã homines, Laurẽtius Valla Marſilius Patauinus, Ioannes Occan, Ioãnes Gerſon, & Abbas

Frequẽs oppugnatio Papatus

De Canonicæ ſcripturæ, Panormitanus, Sed tantundem valuerunt & effecerunt argutis rationibus, quantum vi & armis Imperatores.

Fruſtra autem oppugnat.

Ea enim poteſtas nō ab homine aut ꝑ hominē, ſed a Deo & domino nr̄o conſtituta eſt, qn̄ dixit Petro Petra æterna Chriſtus dn̄s, Tibi dabo claues regni cœlorū.

Matth.16.

Itē. Tu es Petrus & ſup hác petrá ædificabo Eccleſiá meá, & portæ inferi nō ꝑualebūt aduerſus eam. Exponite hæc verba vos Poetici linguoſiq; & ſophiſtici Theologi vt lubet quátacūq; vafricie ac ꝑuerſitate & quarūcūq; linguarū ꝓtextu aut elegátiarū fuco: nihil tn̄ efficietis, ꝗa potétiſſime reſiſtit vobis verbum Dei, quod ſemel locutus eſt Chriſtus. Portæ íferi nō præualebunt aduerſus eam. Itē.

Luc.22.

Matth.24

Rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Item. Cœlum & terra tranſibunt, verba autē mea nō

tranſibunt.

Proinde experiemini & vos tãdẽ, ſicut experti ſunt ante vos alii tãtæ, quæ a Deo eſt, poteſtatis impugnatores, oẽs conatus & labores veſtros inanes fore ſine omni fructu & honore. Quia ſcriptũ eſt haud vane aut inaniter, Nõ eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, non eſt conſilium cõtra dominum. A domino factum eſt iſtud, Ipſe hanc dedit poteſtatẽ hominibus, in ſede S. Petri legitime conſtitutis, non ſolum bonis & ſanctis, verũ etiam dyſcolis, Quemadmodũ & Caiphæ, viro peſſimo, in Euangelio propheciæ gratiam datam fuiſſe legimus. A domino igitur factum eſt, vt nemo poſſit contra Papæ poteſtatem finaliter præualere, Quia fundata eſt ſuper petram. Nihil igitur poterũt efficaciter aduerſus eã veſtræ pluuiæ allegationum nihil flumi

Vanus labor oppugnantium

Pro. 21.

Ioan. 18.

na eloquentiæ, nihil venti ſeditioſarum conſpirationũ, Eueniet vobis poſt omnia malignitatis aduerſus eam ſtudia veſtra idem, q̄d aliis ante vos rebellibus euenit, hæreticis & ſchiſmaticis, Nã petra hæc vos quoq;, vt illos, tãdẽ confringet, conteret & ad nihilũ
1.Reg.3. rediget, Quia os domini locutũ eſt, & non cecidit hactenus, neq; deinceps cadet quicquam de verbis eius in terram. Nõ deficiet fides Petri, nec præualebũt aduerſus eam portæ Inferi.

Non potuerunt aduerſus eam p̄ualere potentiſſimi Monarchæ Ethnici Ro. Principes & Tyrãni, quantum vis aduerſus eam ſæuierunt, Non Imperatores hæretici aut Patriarchæ ſuperbi Conſtãtinopolitani, non p̄potẽtes Reges Gothorum & Vandalorum (licet Romam ipſam cæperint, diripuerintq; & incenderint) nõ bellicoſi

Imperatores Germani, nõ doctiſſimi & eloquẽtiſſimi hæretici Ariani, Donatiſtæ, Pelagiani, & id genus alii, qui plures habuerunt complices q̃ vos adhuc habetis, non malignißimi deniq; ac perfidiſſimi Albigenſes, q contra hãc ſedis Apoſtolicæ poteſtatẽ in Hiſpanias ex Aphrica euocauerunt Sarracenorum Regem Memelinum cum multis centenis Milibus hominum, qui furore cæco & impio iactitabat & minabatur, ſe e Baſilica S. Petri Romæ ſtabulũ equorum facturum eſſe, ſed vana & ſtulta erat eius iactãtia. Quia non eſt ſapientia, potẽtia aut conſilium contra dominum. Nihilo igit̃ fœlicius geſſit bellũ ille contra Eccleſiam Catholicam, q̃ geſſerũt olim contra filios Iſrael ſub Gedeone Madianitæ.

Albigẽſes.

Iud. 7.

Quid, rogo, aduerſus Papæ poteſtatem obtinuit Berengarius in

Vani conatus rebellium.

Galliis? Quid Vuiclephus (auus veſter) in Anglia? Quid Huſſus & Ziſca in Bohemia? Stat adhuc ꝑ Dei gratiam firma & immota ſedes Petri. Illi vero nũc vbi ſunt? Euanuerũt in terra, ſepulti ad æternos cruciatus in Inferno, vbi eſt fletus & ſtridor dentium. Miror itaq; vos (quorum multi egregie docti eſtis & multa legiſtis) tã multis ac manifeſtis īfœliciſſimorum exituum & vanorũ conatuũ exemplis nõ abſterreri a tam pernicioſo vaniſſimæ ſpei ꝓpoſito, quo ſperatis vos euerſuros eſſe eã poteſtatem, quã ſuper petram veritatis æternæ fundauit ipſe Dominus. Credo equidem, non longe abeſſe tempus, quando in Lutherum & vnumquẽq; veſtrum ſimilia conantem dicturus eſt cum Pſalmiſta Ro. Pontifex. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatũ ſicut cedros Libani, & tranſiui, &

Pſal. 36.

ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.

In hoc enim impietatis audaci facinore & rebellionis ſuperbiſſimæ ſcelere, ſimiles vos facitis antiquo Draconi, qui ſuperbe dicebat in corde ſuo. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo, Cui per Prophetam ait Dominus, veruntamen in infernum detraheris, in profundum laci. De quo & in Apocalypſi ſcriptum eſt. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Si ergo ſic proiectus eſt iuſto Dei iudicio accuſator fratrum, quomodo non proiiciatur accuſator patrum noſtrorum? Ad quos ſolemniter de more ſcribentes, ſingulis dicere ſolemus, Beatiſſime Pater.

Similes antiquo Draconi.

Eſa. 14.

Apoc. 12.

Nihil profecto lucrati ſunt per ſuam rebellionem & ſuperbiam, contra Rom. Eccleſiæ poteſtaté,

Græci. Græci, Aſiatici, & Armeni, apud quos nũc Mahumeti magis quã Chriſti valet ac p̃dicať religio. Intelligunt iam ſero, per experiẽtiã Turcicæ ſeruitutis, q̃d interſit Papæ aut Turcæ ſubeſſe. Prouidete, quæſo, in tempoř, dũ fieri poteſt, nequando experiamini, quãtum interſit, Papæ aut Turcæ ſubeſſe,
Gal. 8. Deus non irridetur, nec eſt inualida,
Eſa. 59. nec abbreuiata manus ei' ad
Pſal. 30. retribuendum vnicuiq; iuxta ope
Heb. 12. ra eius. Cauete igiť ne ſero & fruſtra dicatis Domino. Proiecti ſumus a facie oculorum tuorũ, quãdo pœnitentie locũ inuenire amplius nõ poſſitis, etiam ſi cum lachrymis eam (vt Eſau) inquireretis. Videtis quid Grecis ingenio ac eruditione tumidis, & contra maiorum ſuorum exempla Ro. Pontifici rebellibus, acciderit tãdem, qui tot annis fruſtra contentioſi fuerũt, ac ſemper in peius p-

fecerunt, donec ſub Turcarũ tandem tyrannide digna receperunt perfidiæ ſuæ præmia.

Quanq̃ habuerũt plures ſuperbiendi cauſas aduerſus Ro. Pont. q̃ habetis vos, Græci enim ſemp Latinis p̄ſtare, ac anteire viſi ſunt ingenio, eruditione, facundia. Habebant quatuor patriarchales ſedes, Latini vnam dũtaxat. Erant item in Chriſti fide antiquiores, vnde & Arriani, dũ eſſent propter Athanaſium a Iulio Papa Romã citati, reſpõſando ſcripſerũt, Apoſtolos prius apud ipſos fuiſſe anteq̃ Romã venerint. Quid, quod Apoſtoli grece potius q̃ latine nouum ſcripſerũt Teſtamẽtum? Sed & numero Epiſcoporũ atq; Eccleſiarum latinos lõge antecedebãt. Quippe cum in Synodo Nicena fuerint Epi CCC.XVIII. In Chalcedonenſi vero DC. XXX. Oẽs fere Græci fuerunt, ex Latinis vix

Melior grę corũ, q̃ Lutheranorũ cauſa contra Rom. Pont.

tres aut quatuor affuiſſe leguntur. Et tamē hæc omnia nihil eis profuerunt, quia non eſt ſapientia aut conſilium contra dominum, qui ſupremā in Eccleſia clauium poteſtatem Petro præ aliis dedit Apoſtolis.

Ingrati cō tra Ro Eccleſiam Lutherani.

Vos autē, quas habetis, rogo, cauſas ſuperbiendi, ac rebellandi contra hanc ſedis Apoſtolicæ poteſtatem? Qua ratione aut quo ſal tem figmēti fuco poteſtis defectionis veſtræ perfidiam excuſare? Vnde accepiſtis vos & maiores veſtri fidem & agnitionem Chriſti, doctrinam, obſeruationes, & ceremonias religiōis Chriſtianæ niſi a Sede Apoſtolica & Romana Eccleſia? Longe igitur iuſtius vobis q̃ Græcis poteſt ingratitudinem, ac perfidiam exprobare Romana Eccleſia, mr̃ veſtra in fide & Euangelio Chriſti, vt vere, ac iure dicat vobis, quid habetis de Chri-

ſto & eius Euangelio, quod a me non accepiſtis? Si autem accepiſtis a me, quid gloriamini aduerſum me quaſi non acceperitis? Eſto, habeatis decem milia pedagogorũ in nouo hoc Chriſtianiſmo veſtro, ego tamen ſum mater veſtra. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego (non Græcia, non Antiochia, non Alexandria, non Hieroſolima) vos genui, ad meam, non ad Orientalium patriarchales ſedes omni iure pertinetis. A mea, non ab illorum ſedibus Epiſcopos veſtros ab initio, & more antiquiſſimo accepiſtis, atq; adhuc hodie (quotquot habetis veros Epiſcopos) accipitis. Quicunq; aliunde ſubintrant non paſtores, aut Epiſcopi, ſed fures ſunt & latrones, qui non recte paſcunt, ſed mactant, & perdunt, fuerunt maiores veſtri plus minus DCCC. annis mihi obe-

1. Cor. 4.

Io. 10.

dientes, ac ſubditi, tãq̃ matri ſuæ in Chriſto.

Lutherani ex verbis ꝓpriis Lutheri condemnant.

Quis vobis deficiendi, ac rebellandi poteſtaté dedit? Non alius certe q̃ Lutherus, ſicut ipſemet cõtra Zuinglium tuum gloriatus eſt, qđ & tu ipſe de eo glorianter ꝑdicas, quod nõ Saxones modo ſed & alios Germaniæ populos ad verã religionem (hoc eſt, ad Lutheranã, quam falſiſſime verã dicitis) pertraxit. Ego auté hunc deſertoré, impium, ac ſeruum nequam, ex ore ipſius ꝓprio facile iudicare atq; condénare poſſum, & vos oés, quicũq; rebellatis mihi, pariter cũ illo. Hæc enim ſunt ꝓpria ipſius verba, in primo reſolutionum ſuarũ libro, per qué primitus Mundo innotuit. Clarũ eſt (inquit) quod ad remiſſioné pœnarum & caſuũ ſola ſufficit poteſtas Papæ. Quando ergo ſacerdotali officio excommunicat, abſoluit,

In reſolu. conclu. 61.

uit,ordinat,deordinat,ſtatuit,ab
rogat,p̃cipit, prohibet, diſpẽſat,
mutat,interpretatur. In his omni
bus agit virtute iſtius verbi,Quod
cunq; ſolueris,&c. Item. Tenetur (inquit) Epiſcopi & Curati, ve-
niarum Apoſtolicarum Cõmiſſa-
rios,cũ omni reuerentia admitte-
re,quia autoritati Papali in oĩbus
cum reuerentia credendũ eſt.Qui
enim poteſtati reſiſtit, reſiſtit Dei
ordinationi,Qui autem Deo reſi-
ſtunt, ipſi ſibi damnationem ac-
quirũt.Et dominus ipſe,Qui vos
ſpernit,me ſpernit.Et rurſus.Con
tra veritatem (inquit) Apoſtoli-
carum veniarum qui loquitur, ſit
ille anathema& maledictus,quia
etſi res parua ſit veniarum largi-
tio,tamen contra poteſtatem ſu-
perbe agit,qui cõtradixerit, Ideo
merito maledicetur. Item. Non
eſt noſtrum (inquit) iudicare vo
luntatem Papæ, ſed tantummo-

Ibidem cõ clu.69.

Ibidem cõ clu.71.

Ibidem cõ clu.86.

do ferre, etiam ſi quando fuerit iniquiſſima.

Non valet Lutheri reuocatio.

Hæc id genus multa, contra rebellionem veſtrã, Lutherus in eo libro, quo nullum vnq̃ ædidit vobis plauſibiliorem ab initio defectionis. Si dixeritis, eum poſtea reuocaſſe librum illum, Nõ eſt iuſta hæc excuſatio, iuxta illud, Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. Et propria eius proteſtatio caſſam facit & inualidam reuocationem, Non enim in illo duntaxat libro, ſed & in diſputatione Lipſica, & Auguſtæ coram Cardinali Legato, proteſtatus eſt cõtrarium, Ex tunc vt ex nũc, & ex nũc vt ex tunc. Neq; igitur coram Deo neq; coram hominibus excuſari, aut defendi poteſt hæc veſtra defectio, ſicut neq; Bohemica Huſſitarum & Vualdẽſium, quin ſit impia, & omnibus diuinis legibus contraria. Quia cõtra charitatem

eſt,In qua omnes leges ſummantur,& ſupremum ius diuinum eſt charitas.Hæc eſt ipſius met Lutheri ſnia, tum in declaratione quorundam articulorũ, tum in cõmẽtariis Epiſtolæ Pauli ad Galatas, quæ & ipſum & vos omnes pariter condemnat, quicũq; ei contra Ro.Eccleſiam adhæretis.

Quid, ꝙ poſt multos deinde annos, dum contra Anabaptiſtas ſcriberet, vos aliis verbis iterum condẽnauit,reprobans ſtultitiam (vt vocat)ſuermerorũ,q in odiũ Papæ,baptiſmũ paruulorum, & Corpus Chriſti in ſacro reiiciebãt & abnegabãt,Nã ea ratione oporteret eos negare & totam ſcripturam & ꝑ̃dicandi officium,Hoc totum enim a Papa habemus, fatemur namq; (ait) ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani immo omne bonũ Chriſtianũ, atq; etiã inde ad nos ꝑueniſſe, fatemur in- Quãtabona in Papatu.

De Canonicæ ſcripturæ, quam, in papatu veram eſſe ſcripturam ſacrã, verum baptiſmũ, verum ſacramẽtum altaris, veras claues ad remiſſionẽ peccatorũ, verum p̃dicandi officium, verum Catechiſmum, Dico inſuper ſub Papa veram Chriſtianitatem, immo verum nucleum Chriſtianitatis eſſe. Hæc ibi Lutherus, quem tu falſis laudibus tantopere commendas, o Bullinger, in magnam veſtrum omnium confuſionem & damnationem æternam, q̃diu rebelles Papæ fueritis.

Peius erit Lutheranis q̃ græcis in Iudicio.

Longe igitur & grauior erit in extremo iudicio veſtra q̃ Græcorum, aut Bohemiorum cõfuſio, & maior ad cruciatus æternos condẽnatio, dedecusq; & opprobriũ ſempiternũ coram omnibus ſanctis & angelis Dei, quãdo tot Lutheri veſtri ſententiæ aduerſus defectionem veſtram, in frontibus, & in conſcientiis veſtris ſcriptæ,

Ro. 2.

recitabuntur. Quid enim honeſte aut excuſabiliter reſpondere poteritis? Nũquid linguarum peritia, aut ſcripturarum ſcientia (qua tu metis) aut compoſitus verborum ſtylus liberabit vos? Vane in iiſce confiditis, Nam ſcientia inflat, nõ ſaluat. Etſi linguis omnium hominnm & angelorum loqueremini, nihil vobis ibi prodeſſe poſſet, quia charitatem non habetis, ſed per ſchiſma & defectionem ab ea excidiſtis, & charitatem veſtram primam reliquiſtis, qua nobiſcũ ambulabatis vnanimes in domo Dei, quæ columna & baſis eſt veritatis, Exiiſtis a nobis, non nos a vobis. Niſi igitur memineritis in hoc ſeculo vnde excideritis, & pœnitentiam agentes prima opera feceritis, Veniet ille, qui habet Romphæam ex vtraq; parte acutam, & mouebit candelabrum veſtrum de loco ſuo.

1. Cor. 15.

Apoc. 2.

1. Io. 2.

Imbudentiſſima mēdacia.

Nihil ibi iuuabunt vos figmenta & manifeſta mendacia veſtra, quibus nūc Germaniæ populos multos nequiſſime decipitis &in odium Ro. Eccleſiæ concitatis, dum vnus blaterat,Petrum non fuiſſe Principem Apoſtolorū, alter nō fuiſſe Petrum Romæ xxv. annis,alius Petrū nunq̄ fuiſſe Romæ,alius Petrū priorem Epiſtolam ſuam ſcripſiſſe in Babylone Aegyptiaca,alius inPerſica,alius Ro.Pontifices non eſſe Petri ſucceſſores,Qualiaq; & tu, Bullinger, ꝑmulta ſcribis hoc in opere tuo, De quo mihi nunc tecum eſt contentio,Ad q̄ ſane reſpondere modo mihi ociū aut tempus nō eſt, Neq; neceſſarium eſſe puto,Quandoquidem ante xx. annos bonā eorum partem cōfutaui,Quatuor libris in Velenū, q Petrū Romæ vnq̄ fuiſſe negabat,editis.Contra quos nemine ex vobis reſpōdiſſe ſcio.

Miror equidē te alioſq; multæ lectionis & eruditionis viros a maris in Ro. Eccleſiam affectibus ita excæcari & in ſuo iudicio falli poſſe, vt ſiue hiſtorias ſiue Chronica ſcribatis & euulgetis, nō pudeat vos affirmare, Papatū incepiſſe primū ſub Phoca Imperatore, Anno ab īcarnatione domini DC. VIII. Quādo Phocas, rogante Bonifacio Papa, ſtatuit ſedē Ro. Eccleſiæ, vt caput eſſet omniū Eccleſiarū. Vnde tu infers, Veterē illā & ſanctiſſimā Eccleſiā huiuſmodi Romano Capite ſex potuiſſe carere ſeculis. Quā miſere vero decipiat vos in hoc prauus odii affectus, ex his Imperatorū legibus, quas ſupra recēſui, facile cōſiderare ac videre poſſes, ſi oculos videndi haberes, & ex ratione, nō ex paſſione improba iudicares. Illi. n. Impatores Romani, Aurelian', Gratian', Valētinia-

De Papatu ſub Phoca Imp.

Supra. c. 8.

nus, Theodoſius & Iuſtinianus primus lõge ante Phocam impe rauerunt, quod negare minime potes.

Ita ſane habet ibi lex Iuſtiniani ad Ioannem Papam II. Ideoque omnes ſacerdotes vniuerſi Oriẽtalis tractus & ſubiicere & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus, quæ Caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum. Addam hic aliam eiuſdem Imperatoris legẽ ex Autenticis, quæ ſic habet, Iõꝗ ſancimus, ſanctiſſimũ ſenioris Romæ Papam, Primum eſſe omniũ ſacerdotum, Beatiſſimum aũt Archiepiſcopum Cõſtantinopoleos Nouæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicã ſedem ſenioris Romæ. Aliis autẽ omnibus ſedibus ꝑponat. Hæc ꝑfecto lex Iuſtiniani in Autenticis poſita ita manifeſte confundit & conuincit errorem mendaciumꝗ

C. de ſum trini. l. nos reddentes.

In autẽ. de priui. eccl, §. ideoꝗ. col. 9.

veſtrũ de primo (vt aſſeritis) Papatu ſub Phoca obtento, vt nihil poſſit afferri vel certius vel manifeſtius.

Neq; contradicũt huius Imperatoris legi & teſtimonio, ea quæ ex Paulo Diacono, Platinaq; & Sabellico refers. Nullus enim eorum dicit (ſicut vos falſo dicitis) tunc primum ſub Phoca Romanum cœpiſſe Papatũ, aut primũ a Phoca ſtatutũ eſſe, vt ſedes Ro. Eccleſiæ Caput eſſe omnium Eccleſiarũ. Statuit quidẽ hoc Phocas, contra arrogantiam Patriarchæ Conſtãtinopolitani. Vniuerſalem ſeipſum vocitantis, ſed nõ primus ita ſtatuit, quia longe antea itidem ſtatuerant non ſolum Imperatores alii, verumetiã Generalia Concilia, præſertim Nicenum & Chalcedonenſe. Quod ſi præ odio iniquo poſſis recte iſpicere verba Platinæ, facile dephẽ

Hiſtorici nõ recte intellecti.

deres, eum longe aliter ſentire q̃ tu ſentis.

Verba Platinæ.

Hæc ſane ſunt verba eius. Bonifacius tertius, patria Romanus, a Phoca Imperatore obtinuit, magna tamen contentione, vt ſedes beati Petri Apoſtoli, quæ Caput eſt omnium Eccleſiarum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus. Quem quidem locum Eccleſia Conſtantinopolitana ſibi vendicare conabatur; fauentibus interdum malis principibus, affirmantibusq́; eo loci primam ſedem eſſe debere, vbi Imperii caput eſſet. Affirmabant Romani Pontifices, Vrbem Romam, vnde Conſtantinopolim Colonia deducta eſt, Caput Imperii merito habẽdam eſſe. Cum etiam Græci ipſi literis ſuis Principem ſuum Romæum Imperatorem vocent. Ipſiq́; Cõſtantinopolitani etiam ætate noſtra Romæi non Græci vocen-

tur. Omitto quod Petrus Apoſtolorum Princeps ſucceſſoribus ſuis Pontificibus Romanis regni cœlorum claues dederit, poteſtatemq; a Deo ſibi conceſſum reliquerit; non Conſtantinopoli, ſed Romæ. Illud tantum dico, multos principes, maxime vero Conſtantinum, comparandæ Synodi ac diſſoluendæ, confutandi vel confirmandi ea quæ in Synodis decreta erant, Romana ſedi tantummodo conceſſiſſe. Merito igitur ſedes Romana cæteris antefertur, cuius integritate & conſtantia cunctæ hæreſes confutatæ ſunt & exploſæ.

Declaratio Platinæ.

Hæc Platina in eo ipſo loco, quem tu peruerſo iudicio contra Papæ poteſtatem allegare non erubuiſti. Nõ dicit ille, vt tu, quod ſedes Ro. Eccleſiæ primũ a Phoca conſtituta ſit Caput omnium

Eccleſiarum. Nec dicit, vt eſſet, ſed q̃ eſt Caput. Et addit, id priui legii conatam vendicare ſibi Eccleſiã Conſtãtinopolitanã aliquã do, fauentibus ei malis (non ait, bonis) interdũ Principibus, Cæterum ſtatim ſubiungit longe potius ius melioreſq; rationes Ro. Põtificum, & multos Principes, maxime Conſtantinũ, tantummo do Romanæ ſedi conceſſiſſe ea, q̃ vos cæco adimitis iudicio, priui legia, atq; p̃rogatiuas. Deniq; cõcludit apertiſſimis, contra ſenten tiam veſtram, verbis, Ro. ſedem cæteris merito anteferri, cuius in tegritate & conſtantia cunctæ hæ reſes confutatæ ſint & exploſæ.

Cõfutatio mendacio rum. Facile igitur & veſtra tam cæca ex amaro & inimico corde p̃lata iudicia confutare poteſt & ex plodere, quia impudẽtiſſimis ac manifeſtiſſimis nitunť mendatiis.

Irenæus li. 3. capu. 13. Contra quæ omnia vel vnius Ire

næi, vetuſtiſſimi ſcriptoris & ſanctiſſimi Martyris & Archiepiſcopi Lugdunenſis incorruptiſſimũ nobis ſufficerẽ poterit teſtimoniũ, cuius hæc ſũt, aduerſus antiquas ſui tẽporis hæreſes, verba in forma (vt aiunt) poſt multa alia ad uerſum vos lectu digna. Ad hanc (inquit) Eccleſiam, Romanã ſcilicet, propter potentiorem Principalitatem, neceſſe eſt omnẽ conuenire Eccleſiam, hoc eſt, omnes qui ſunt vndiq; fideles.

Vos igiť, qui ad eam conuenire, & cum ea colligere in vinculo charitatis & pacis non vultis, inter fideles Chriſti nullo iure connumerari poteſtis, ſed rephendit & increpat vos in Euangelio dominus, dicens. Qui non colligit mecum, diſpergit. Et qui non eſt mecum, contra me eſt. Quapropter recte ac merito dicit vobis Ro. Pontifex, ſicut dixit ad filios

Reprehenſio rebellium.

Matth. 12. Luc. 11.

Exo.16. Iſrael Moyſes. Audiui murmur veſtrum contra dominum. Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra dominum. Quéadmodum & contra ſeditioſos & ſuperbos Proauos veſtros, Core, Da-
Num. 16. than & Abyron vere dixit, omnis globus tuus ſtat contra Dominũ. Quid eſt enim Aaron vt murmuretis contra eum?

Scelera rebellionis. Vos autem, o infœlices Lutheri complices & diſcipuli, non ſolũ murmuratis aut muſſitatis, verum etiam pleno furore in aperta prorumpitis cõtra Papam, Chriſti Vicariũ, conuicia, in calũnias amarulentas & in blaſphemias horrendiſſimas, dum eum ſcribitis, dicitis ex pulpito, velut ex roſtris, proclamatis, ludiſq; publicis & picturis fœdiſſimis confingitis eſſe verum & vltimũ in ſcriptuŕis prophetarum Antichriſtũ. Quid obſecro lucrati hactenus

eſtis tam væſanis ac ſeditioſis cla
moribus? Aut i quo nocuiſtis po-
tentiæ ac poteſtati Ro. Põtificis?
Supremi orbis terrarum Princi-
pes, Potentiſſimus Imperator no
ſter & Pietiſſimus frater eius Rex
Romanorũ, adhuc hodie obſer-
uant ac venerantur Rom. Pontifi
cem, vt Vicarium Chriſti, eiq; de
bitam præſtant obedientiam. De
teſtantur vero ac nobiſcum da-
mnant omnes qui cõtra illum ſe-
ditioſe inſurgunt. Vos igitur niſi
redieritis ad cor, & pœnitentiam
egeritis de omnibus huiuſmodi
rebellionis ac defectionis veſtræ
ſceleribus. In hac vita, in æternũ
miſeri eritis in futuro ſæculo, a
quo malo ineffabili atque
etiam incogitabili, li-
beret vos gratia
& Gloria
Chriſti, Amen.

## EPILOGVS.

Odii deprecatio. HAbes nunc, Bullinger, qualecunq; feſtinatum & breue a me reſponſum, ſuper p̄cipuis articulis, de quibus tractat elucubratio tua ꝓlixe, faxit Deus, vt iſtud tam libero a ſiniſtris & amarulentis affectibus animo legas, q̄ ego ſcripſi. Amo quidem ingeniū, eruditionemq;, & ſtylum tuū, ſciens, quicquid in iis boni habes, id te non ex teipſo ſed ex Deo habere, Iac. 1. vti teſtatur in ſua Canonica S. Iacobus, & Paulus. I. Cor. 4. Quid habes (inquit) quod non accepiſti. Optarim igitur ac precor, vt eiuſmodi donis Dei vti velis in ædificationem potius q̄ in deſtructionem. Deſtruis autem per damnabilem ſeparationem ab Eccleſia Romana quæ caput eſt omniū Eccleſiarum, & vnica mater Germanorum

manorum in Chriſto.

Nec ſit tibi graue, quæſo, eam dici Caput Eccleſiarum, quo nomine eam dignam duxerunt multi ac boni Romanorum Imperatores, cũ tu regem Angliæ dicas Caput Eccleſiæ Anglicanæ, licet ſit Princeps ſæcularis, Quẽ & ſanctiſſimum dicis, cum interim grauiter ac moleſte audias, Papam à nobis ſanctiſſimum dici. Cæterũ neq; de tua neq; de illi' aut cuiuſlibet ſingularis perſonæ ſanctitate hic diſputo, ſed de autoritate ſcripturarum Canonicarum & Eccleſiæ Catholicæ, & de Poteſtate Papæ atq; Cõciliorum. Cupio ſane omnibus ſuam autoritatem permanere ſaluam, non ſic aſſero Eccleſiæ autoritatem, vt velim ſcripturis imminui ſuam, Nec ſic extollo poteſtatem Papæ, vt velim eam ſcripturis & verbo Dei anteponi aut opponi, Cum probaue- Caput Eccleſiæ.

De Canonicæ ſcripturæ,
rim eam in verbo & ſuper verbū
Dei fundatam eſſe. Vnitatem q̄ro
pacemq; & cōcordiam inter nos
in fide recta, ſpe firma, & in chari
tate non ficta.

Vnanimi-
tas in fide
ſub Papa.

Dixi Ratiſponæ Bucero & Cal
uino complicibus tuis, p nos nō
ſtare, quo minus reſarciatur inter
nos & vos cōcordia priſca. Qua
lis antea inter noſtros ac veſtros
parētes atq; maiores fœliciter fu-
it, ſed nequaquā nobis integrum
eſſe, ſummo cum animarū noſtra
rum periculo, deficere aut ſepara
ri a communione & fide antiqua
Gallorum, Hiſpanorum, Italorū
(qui lōge antiquiores ſunt Chri-
ſtiani q̄ ſumus nos Germani) Po
lonorum item & aliarum Natio-
num, in fide Catholica & in obe-
dientia ſedis Apoſtolicæ iugiter
perſeuerantium, Cū quibus & ma
iores noſtri vnanimes in fide ſem
per eſtiterunt.

Diſcordia in ſectis.

Neq; vlla ratione nobis cõſultum aut tutum videtur, vt ex vnanimi in fide conſenſu tot Nationum & ſanctorum patrum leuiter ac temere tranſeamus ad ſectas veſtras, inter quas tam multa & varia ſubinde oritur ſuper diuerſis articulis contentio, Id quod negare non potes, Quandoquidem non ignoras, q̃ multi ac vehemẽtes atq; etiam hoſtiliter mordaces & contumelioſi libri euulgati fuerint in cõtentionibus Lutheri cũ Zuinglio, cum Carolſtadio, cum Oecolampadio, cum Bucero, cũ Anabaptiſtis aliiſq; fuermeris, & adhuc ſub iudice inter vos lis eſt.

Retinent itaq; nos in Eccleſia Catholica ſub debita Papæ obedientia, tum ea bona, q̃ ſupra ex Luthero ſub Papatu eſſe demonſtrauimus, tum & alia q̃dam non modica bona, q̃ Sanct. Auguſt.

De Canonicæ ſcripturæ, contra Manichæos commemo-rans ait. In Catholica Eccleſia, vt omittam ſinceriſſimam ſapientiã (ad cuius cognitionem pauci ſpiritales in hac vita pueniunt) Multa ſunt alia, q̃ in eius gremio me iuſtiſſime teneant, Tenet cõſenſio populorum atq; gentium. Tenet auctoritas, miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli (cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem dominus cõmendauit) vſq; ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotũ. Tenet poſtremo ipſum Catholicæ nomẽ, quod non ſine cauſa inter tã multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cum omnes hæretici ſe catholicos dici velint, q̃renti tamen peregrino alicui. Vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorũ vel Baſilicam ſuam vel domum audeat

Quæ nos ſub Papa retinẽt Augu. contra epiſtolam Manichæi cap. 4.

oſtendere. Iſta ergo tot & tanta Chriſtiani nōis chariſſima vincula recte hominem tenent credentem in Catholica Eccleſia, etiam ſi propter noſtræ intelligétiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum ſe apertiſſime oſtendat. Hæc Auguſt. qué tu ipſe Chriſtianiſſimum vocas Antiſtitem.

Si ergo tenuit eum in ſede Petri & Ro. Eccleſia ſucceſſio ſacerdotum, hoc eſt Pontificum, quos alio in loco cōtra Donatiſtas nominatim ex ordine cōmemorat, a Petro vſq; ad Anaſtaſium primū, vix bene Quadraginta. Quáto iuſtius, obſecro, nos tenere debet in eadem ſede & Eccleſia Rom. tam longa & numeroſa Pontificum ex certa ſerie ſucceſſio? Nam ad noſtra hæc vſq; tempora connumerare vere poſſumus plures q̃ CC XXX. Ro. Pontifices. Quid auté tenet vos, q̃ſo, quo minus ad hu

Succeſſio Pontificū. Aug. in epiſtola 156

ius Eccleſiæ vnitatem & obedientiam redeatis? Quæ eſt apud vos longa ſeries aut certa ſucceſſio ſacerdotum in fide ſibi per omnia conſentiẽtium? Quis ordo? Quæ autoritas? Quæ obedientia? Quæ diſciplina? Qualis conuerſatio? Nihil profecto hactenus vidi apud vos, propter quod bona cõſcientia deſerere poſſim Rom. Eccleſiam, & veſtris vſqueadeo carnalibus & irreligioſis adhærere ſectis & nullis legitime ordinatis Epiſcopis & presbyteris, q apud vos nouo more creantur.

De quibus certamus cum ſectis.

Non eſt igitur mihi, o Bullinger, neque tecum neque cum vllo alio complicum tuorum concertatio de ingenii aut eruditionis oſtentatione, ſed de ſola veritate & animarum ſalute, ſcientiam ac linguarum peritiam vobis libenter concedo, ad charitatem vos ex animo hortor & oro, vt

ſitis nobiſcum vnum in Chriſto, ſicut ipſe patrem pro nobis, vt vnum ſimus, rogauit, extra enim Eccleſiæ vnitatem vana eſt omnis ſpes de ſalute. Quemadmodum docte & copioſe declarat per multas ſcripturas S. Cyprianus in tractatu de ſimplicitate Prælatorum. Ioan.17.

Nolite, obſecro, pertinaciter in finem vſq; a nobis ſeparati permanere, hoc enim animabus veſtris nequaquam expedit. Quantum ad abuſus, qui Prælatorũ ſiue negligentia ſiue auaritia in Eccleſiam irrepſerunt, cupio equidem fideliter cooperari (ſiquid poſſit paruitas mea) vt corrigantur, & in priſtinum pietatis vſum omnia reſtituant. Eá ob rem potiſſime nunc, vt fructuoſe celebretur, indictum eſſe credo Generale Concilium. Venite modo, & nobiſcum de communi animarũ Dehortatio ab Inimicitiis.

De Canonicæ ſcripturæ, ſalute & toti' Germaniæ pace ac trāquillitate in medium fideliter conſulite, ſit tandem quies inter nos a contentionibus, ceſſent iurgia & conuicia, fiat iniuriarū pia remiſſio & obliuio, ſolius veritatis & reſarciendæ vnitatis & fraternæ charitatis ratio habeatᵉ, vt Chriſtus dominus & Saluator noſter vere nobiſcum ſit ac permaneat, non in ore ſolum (ſicut multi dicunt Chriſtus Chriſtus Chriſtus) ſed etiam in corde & opere, iuxta illud Ioānis Apoſtoli, filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate.

Concluſio. Tu de me ſenti aut iudica Bullinger vt lubet. Ego probe mihi conſcius ſum, hic nihil in te ex odio a me dictum eſſe, repræhendi quædam, ſed in bonum finem, vt a noxiis deſiſtens cōtentionibus & ſuperioris poteſtatis impugnationibus vanis, & ad pietatem re

ſtituendam nihil proficientibus, ingenium & eruditionem tuā ad meliora, q̃ ædificationis paciſq; & ſalutis ſunt, conuertas, ſicut fœliciſſime fecit grauis ac vehemens quondam Eccleſiæ Chriſti perſecutor Apoſtolus Paulus. Quod ſi vagis eluſionibus euadere aut impotentibus tantum conuiciis, nō ratiōibus firmis, nec ſcripturæ locis ad rem appoſite facientib', mihi obuiare volueris, Ego tam ſupinus aut cæcus (Chriſto Ieſu, q vera lux eſt, bene iuuante & illuſtrante) non ero, qn viſurus ſim, quid ponderis reſpōſio tua apud eruditos habitura ſit, etiam ſi veſtris forſitan (qui cæco affectu ſeducti omnia veſtra probant (valde placeat. Si autem moderate, p̄cipue ſtudio veritatis, reſpōderis, planius inde intelliges, quantum apud me p̄pondere omnibus affectibus humanis veritas perſpicue

cognita. Libenter profecto vide-
bo, quid reſponſurus ſis ad ea ſal
tem, quæ in nono capite a me ti-
bi obiecta ſunt, Proinde, vt ad eã
diſceptationem efficacius te inui-
tem, De Miſſæ, quã obrogaſtis,
ſacrificio paucula recenſebo, &
perſcrutandæ veritatis cauſa fa-
miliariter tibi obiiciam argumen
ta, quæ me firmiter conſtringunt
ac retinent in antiqua Patrum to
tiuſq; Eccleſiæ] fide. In quibus ſi
me errore teneri putaueris, tuæ
fuerit charitatis & Chriſtiani offi-
cii, me rectiora docere, & non cõ
temptim atq; ſuperbe diſſimulare,
atq; ad omnia ſilere, ſicut multis
iam annis fecerunt non mihi mo
do ſed & aliis plæriſq; piis & Ca
tholicis viris Lutherus, eiuſq; Phi
lippus, Memini ſane me ante an-
nos xiii. Teuthonice de ſacrificio
Miſſæ & reſpondiſſe ad rationes
Lutheri, & aliquot obieciſſe viciſ-

ſim tum ex ſcripturis tũ ex patri-
bus argumenta, quibus conſonat
Eccleſiæ fides antiqua, ſed nihil
hactenus ad ea reſpõſum eſſe neq;
a Luthero neq; a cõplicibus eius
vidi. Quare ſub breuitate tibi nũc
ea commemorabo, ſi forte tu mi-
tior in me fueris q̃ ille fuit.

Ex figuris veteris teſtamenti.

I. Gen. 4. habemus ſacrificium
iuſti Abel, Cuius & in ſacro Cano
ne fit mentio. Hoc autem fuiſſe fi-
guram ſacrificii Chriſti, quod in
Miſſa pia repſentatione peragit,
teſtantur Ambr. & Auguſt. alii que
patres non pauci.

II. Sic & Gen. viii. Holocauſta,
quæ ſuper extructum altare obtu
lit Noe, figura fuerunt ſacrificii no
ſtri quod Chriſtus inſtituit, ſicut
egregie declarat Rupertus Ab-
bas olim Tuitienſis, ſuper Gene.
lib. 4. c. 27.

III. Item Gen.xiiii.ſacrificium Melchiſedech clariſſima fuit figura ſacrificii noſtri, quod ille in pane & vino obtulit. De quo & Dauid in ſpirituſancto loquitur, quã-
Pſal.109. do dicit Chriſtum ſacerdotem ſecũdum ordinem Melchiſedech.
Heb.7. Cui & Paulus ad Hebræos reuerenter alludit.

Sunt præterea permultæ aliæ figuræ, in lege veteri, quæ p multa ac diuerſa ſacrificia hoc vnum Eccleſiæ & nouæ legis ſacrificiũ typice ſignificauerunt, Vtpote ſacrificium Abrahæ Gen.xxii. ſacrificium Agni paſchalis Exo.xii. & Nu. ix. Iuge ſacrificium duorum agnorum quotidie. Exo.xxix. & Nu.xxviii. Item ſacrificium vituli immaculati Leui.iiii. & id genus plura, ſicut docte & religioſe declarant Expoſitores noſtri, Origenes, Eſychius, Cyrillus, Hieronymus &c.

Ex prophetis.

Comprobant Miſſæ ſacrificiũ Doctores antiqui, pſertim Augu. & Caſſiodorus ex dictis Pſalmo. xxxix. & xlix. Et Liranus interps ex Dictis Danielis c. viii. & xii. pterea ex prophetia Malachiæ c. I. &. 3, ſed non eſt mihi nũc tantillum ocii aut temporis reliquum, vt fuſius patrum dicta cõmemorem.

Ex nouo teſtamento.

Obiecerunt vobis iampridem doctiſſimi viri, Epiſcopus Roffenſis. Io. Eckius, Albertus Pighius aliiq; plæriq;, qui obdormierunt iamdudum in Domino, Ex Euangeliis & Pauli Epiſtolis plæroſq; locos, in quibus non obſcure teſtificatur Spiritusſanctus iſtud nouæ legis ſacrificium, quod a vobis reiicitur, licet ad illorum argumenta non reſponderitis.

## Ex antiquiſſimis patribus.

Extant adhuc magis expreſſa de hoc ſacrificio noſtro teſtimonia apud ſanctos patres vel antiquiſſimos,quorum plæriq; Apoſtolorum fuere diſcipuli , vtpote Clemens & Anacletus Ro. Pontifices.Dionyſius item Areopagita & Ignatius Antiochiæ Epiſcop', Glorioſi Martyres Chriſti, Irenæus p̄terea & Cyprianus,atque poſt iſtos innumera ſubſequentiū patrum turba. Quorum doctrina & autoritas longe maioris eſt apud me ponderis,q̄ fuerūt hactenus omnium aduerſariorum ſcripta,quæ me vidiſſe contigit. Aut igitur mecum approba & conſenti,aut certiora,q̄ alii ſectarum duces fecerūt,argumēta propone.

ROMAE M.D.XLIIII.
Menſe Ianuario.

HER · L. GOTTS
1975

BIBLIOTECA U